archidia.ſm archi.hic.Et ita videmus per dationeꝫ noui offi-
cialis ad aliquā curā puta ſuper annona non ceſſat iuriſditio
principalis ordinarij puta poteſtatis vel preſidis etiam ſuper
annona.l.j.⁊ ibi Bar.⁊ Albri.C.de offi.prefec.vrb.l.fi.C.vbi
cā fiſ.Bal.in.l.j.ff.de offi.cōſu.in.c.volentes.de offi.lega.An-
gel.in.l.cum pretor.ff.de iudi.in.l.conſulta diualia.C.de teſta.
38 ¶†Glo.ſuper v̄bo cōione.Recita per ꝯ̄riuꝫ.qd̄ nō ſit licituꝫ
recipere pecuniā pro cōione cū illud ſit ſacrm̄ pro quo pecunia
nō dꝫ recipi.j.q.j.quaſi ꝑ totū.glo.ſoluit expōnēdo tex.¶Gl.
ſuper v̄bo dyacon⁹.gl.inducit tex.ad ſolutionē qōnis formate
ſ̄.ꝑ glo.magnā vcꝫ qd̄ archidyacon⁹ habeat iuriſditionē ordi
39 nariam.¶†In fi.glo.aliud ſignū cognoſcēde iuriſditiōis or
dinarie iudicis inferioris a principe:qꝛ eoipſo quod pōt vices
ſuas alteri delegare diciť habere ordinariā qꝛ delegatus infe-
rioris a principe nō ſubdelegat.de appel.c.cum cām.Nō puto
iſtud ſignū ſemper arguere delegantem ſi ſit inferior a principe
habere ordinariā cām.nam delegatus inferioris a principe da
tus ad vniuerſitatē cāruꝫ poteſt vnaꝫ alteri delegare.vt no.gl.
in.c.cum cām.de appel.habeť in.c.cum bertoldus.de re iudica.
Ecce ergo qd̄ ille qui delegat.licet ſit ab alio q̄ a principe ne-
ceſſario nō concludiť ordinarius.Simile videmus ꝙ ſi datus
eſſet cum poteſtate ſubdelegandi.qd̄ ipſe poſſet ſubdelegare.
40 Unde no.glo.in.c.ſi is cui.de offi.deleg.lib.vj.†No. etiaꝫ ex
iſta glo.iuncto tex.qd̄ vicarius epi dat vicariū.qd̄ intelligit ar
chidya.ſuꝑ tex.eſſe verū in volūtaria iuriſditione.Et ſic intel-
ligit de offi.archipreſ.c.j.ij.⁊.iij.Naꝫ in cōtētioſa nō poſſet da
ri:qꝛ delegat⁹ inferioris a ꝑncipe nō ſubdelegat in cōtentioſa
41 iuriſditione.de appel.c.cū cāꝫ.ſꝫ archi.hic. qd̄ intellige cū li-
mitatione quā dixi.ſ̄.ꝓxime.†Et ex iſtis inferť qd̄ qn̄ quis hꝫ
curā populi ⁊ ꝓpter multitudineꝫ nō pōt ꝑ ſe expedire poterit
vocare alios ſacerdotes qui eū iuuēt in audiēdis cōfeſſionib⁹.
Et iſte eſt ver⁹ intellect⁹.c.iij.§.cōfeſſiones de offi. archipreſ.
ſm hoſt.ibi.Et dicit hic archi.qd̄ ꝯ̄ opi.hoſt.facit tex.xvj.q.j.c.
cunctis.¶Unde diſtinguit hic archi.qd̄ aut epiſcopus dedit
licentiā illis preſbyteris qui inuitanť audiendi confeſſiones.⁊
tunc procedat opi.hoſt.ex quo em̄ ſunt ſacerdotes habitu ha-
bent poteſtatē abſoluēdi.ſed deeſt eis actus ſeu exercitiū:quia
non habēt parochiā vel curā eis a ſuperiore aſſignataꝫ.glo. in
cle.j.de priuileg.Ideo iſta licentia epi hic probe requiriť.Aut
epiſcop⁹ nō dedit eis poteſtatē.⁊ tūc nō poterūt.Aſſignat du-
plicē rōnem qꝛ iſte nō eſt modus aſſignandi iuriſditionē illi q̄
al's nō habet.⁊ ep̄s eſt ſolus ille qui poteſt dare iuriſditionem
exiſtentibus in ſuo ep̄atu.Secūda ratio eſt: qꝛ licet ſacerdos
poſſit dare ſuis parochianis:vt ab alijs abſoluanť. nō tamen
illis ſacerdotibus poſſet dare autoritatem vt illos abſoluere
poſſint:Et hec fuit opinio in ſumma hoſtien.de peniten.§.item
poſito.Et hanc tenet archi.hic.Jo.an.in.c.omnis.de peni. ⁊ re
miſ.ſuper glo.⁊ in.c.cuꝫ eo.de elec.lib.vj.tenet quod parochia
nus poteſt alteri preſbytero ad tēpus modicū cōmittere cauſa
ſubſiſtente vt audiat confeſſiones parochianorū ſuorum.ſed ſi
vellet ei cōmittere perpetuo:tunc nō poſſet ſine epiſcopo.Et ꝙ
poſſit allegat.vij.q.j.c.ſi q̇s in choro.⁊ ibi reſpondet ad ratio-
nes que eſſent in contrariū allegate.⁊ ita dicit hic fuiſſe diſpu-
42 tatum.¶†No.glo.in verbo archipreſbyter quod quandoqꝫ
archipreſby.⁊ decanus idē ſunt.⁊ in dubio tales archipreſby-
teri etiam rurales dicuntur habere dignitatem.vt vult Cardi.
in clemen.j.de preben.cū habeat preeminentiaꝫ cum iuriſditio
ne:⁊ nomen ſonans in dignitatem.per ea que no.Innocē. in.c.
de multa.de preben. Archidya. in.c.j.de conſue.lib.vj.

**Ex hac.** Hic incipit ſecunda pars diſtinctionis in qua
ponit de ordinatione preſbyteri ⁊ dyaconorum.

1 ☞ Epiſcopus debet eſſe doct⁹ ⁊ inſtruct⁹ in articulis fidei.

**Audire.** Ponit quid pertineat ad officium epi:
preſbyteri:⁊ dyaconi.h.d.No.†qd̄ ep̄s
debet eſſe doctus ⁊ inſtructus in articulis fidei.ad hoc
ſ̄.xxiij.diſt.c.q̄ ep̄s.¶No.in q̇bus debēt ꝑſbyteri monere pa-
rochianos ſuos. videlicet circa modum viuendi virtuoſe.
¶Nota officium dyaconi eſſe quod debet populum monere
qualiter in eccleſia ſtare debeat. quando orare vel ſedere ſeu
genu flexo deuote ſe parare.¶Nota ex hoc textu quod fidei
doctrina tanq̄ dignior epiſcopo reſeruatur vt digniori.moruꝫ
reformatio vt inferior et magis tamen neceſſaria q̄ cerimonie
reſeruatur ſacerdoti vt inferiori ab epiſcopo ⁊ animarum pa
ſtori.Cerimoniarum cultus reſeruatur dyacono vt miniſtro:
quia etiam cerimonie ſunt potius quedam preparationes ad
veram charitateꝫ et vnus ſupplet pro alio. capitulo ſicut enim.
xj.queſtione prima.

**Sacerdos.** Hic oſtendit qualiter ſacerdos ⁊ dya-
conus cum ornamentis ſuo officio de-
putatis debeant miniſtrare.

Dyaconus



1 ☞ Dyaconus adminiſtrans in officio ſuo ſine ſtola peccat
mortaliter ⁊ quare ponat ſtolaꝫ ſuper humero ſiniſtro ⁊ poſtea
reflectit ſub dextro remiſi ad glo.

**Unum.** Ponit quare dyaconus ſoluꝫ in ſiniſtro
humero tantum ſtolam defert. hoc dicit.
†No.ꝙ dyaconus adminiſtrās in officio ſuo ſine ſto-
la peccat mortaliter . probat text . hic per verbum oportet.qd̄
eſt neceſſitatis.ita Gemi.hic.Gloſ.j. querit quare dyaconus
ponit ſtolā ſuper humero ſiniſtro ⁊ poſtea reflectit ſub dextero.
1 ☞ Dictio in ſtat negatiue ⁊ priuatiue.

**Nunc autem.** Hic incipit tertia pars diſtinctio
nis tractatus que protendiť vſqꝫ
ad.l.diſt.⁊ agit hic de ordine epiſcopali ſpāliter:⁊ quot in ep̄o
exiganť.in qua ponit.xiij.capitula apoſtolice regule. Cōtinua
tur aūt ad ꝑcedētia hac forma.qꝛ.ſ̄.oſtenſo qualiter in quoli-
bet ordine ſunt examinādi ordinādi:hic oſtēdit quales in quo
libet ordine debēt ordinari.ſm Joā. de ſan.⁊ Archi.poſſet iſte
§.ſic ſummari.Ep̄us debet eſſe ſine crimine ordinandus. h.d.
vſqꝫ ad.§.noie aūt.No.qualis debeat eſſe qui in epꝫ ordinať.
qꝛ debet eſſe irreprehenſibilis qui taliter viuit ꝙ eius vita nō
1 ſit digna reprehēſione.No.†ꝙ dictio in ſtat negatiue ⁊ priua
tiue.glo.vj.q.ij.c.ſi tm̄.Glo.j.cōtinuat iſtuꝫ.§.ad precedentia.
vide ꝑ te.glo.ſuꝑ v̄bo regulam.ponit.xiij. capl'a apl'ice regule.
1 ☞ Nomine criminis an quodlibet peccatum intelligatur.
2.et vide in.§.ſeq.nu.1.vbi quid comprehendatur appellatio-
ne criminis:⁊ in.§.criminis.nu.1.
Conſtitutus in peccato non repellitur ab electione paſſiua.
3 Dictio pene quandoqꝫ ad minimam ⁊ quandoqꝫ ad magnam
quantitatem refertur.

1 **Nomine autem.** †Criminis appellatiōe pec
catum comprehenditur mor
tale ⁊ veniale.h.d.vſqꝫ ad.§.in epiſtola.¶No. quaſi impoſſi-
2 bile eſſe hominē viuere in hoc ſeculo ſine peccato.¶†No. ar-
gu.ꝙ lꝫ q̇s ſit cōſtitut⁹ in peccato nō tamē ꝓpter hoc repelliť
ab electiōe paſſiua.de quo de iureiur.c.ſicut veſtris.⁊ in.c. ꝑpe
tuo.de elec.lib.vj.Glo.ſuꝑ verbo noīe.recita ꝑ ꝯ̄riū. Dicit e ꝙ
Gra.hic exponit v̄.precedēteꝫ.Et ꝙ iſtud ſit verū ꝓbať. nā cū
gra.ponat primā ſpeciē hui⁹ noīs criminis generaliſſime ſcili-
cet oportet ep̄m eſſe ſine crimine.intelligereť ſm illā generaliſ
ſimam interpretationē de quo diciť ꝙ res eſt pene contra natu
ram ꝙ quis ſit ſine crimine:ſequeretur ꝙ nullus poſſet eligi in
ep̄m.Sed magiſter in eo qd̄ ponit.v̄.in epiſtola v̄o.vult tacite
reſpōdere obiectioni dicēs qd̄ in epl'a ad Titū nō ita gn̄aliter
accipiatur iſtud nomen crimen ſicut erat dictū ſm autoritatem
Hiero.ſed aliter ſumitur.Unde verus intellectus magiſtri ſm
eos eſt quod primo ſumit illud nomen crimē large.ſcd̄o ſtricte
tertio ſtrictius:quarto ſtrictiſſime.¶Glo.ſuper v̄bo vnde.re-
cita per contrariū ꝙ tex.habeat cōtradictionē qꝛ dicit ꝙ noīe
criminis quodlibet peccatum intelligiť.⁊ ex hoc tex. infert ſm
Hiero.ꝙ nullus eſt ſine crimine.tamen dicit ꝙ pōt intelligi ſꝫ
dictū Hiero.ſic intelligēdo eſſe ꝯ̄trariū dicto apl'i.Glo. ſoluit
quod licet delictū dicatur crimē attamē nō ſic ſumitur hic. glo.
3 ſuper verbo pone.ſol.vt in glo.¶In fi.glo.nota qd̄ dictio pe-
ne.refertur ad minimā quantitatem.vide glo.xxiij.q.v. c. qua-
li.glo.iij.q.vij.c.qui ſine.que dicit quod quandoqꝫ refertur ad
magnam quantitatem.
1 ☞ Nomine criminis quid comprehendatur.
2 Infamia repellit promouendū ad dignitatē ſi ſe non purget.
3 Delictū omne dānatiōe cōdignū an repellat quē a ꝓmotione.

1 **In epiſtola vero.** Scd̄m Hugo.poſſet ſic ſū-
mari † Criminis appella-
tione comprehendiť infamia ſurgens ex crimine damnatione
digno.h.d.vſqꝫ ad.§.criminis appellatio.No.qd̄ appellatiōe
criminis comprehenditur infamia ex crimine deſcendens.No
ta ꝙ appellatione criminis comprehendiť dignū accuſatione
2 ⁊ dānatione.¶†Quero an infamia repellat promouendum
ad dignitatem.Sol.dic ꝙ ſic ſi nō purget ſe.vt.j.c.diſt.c.primū
3 j.q.j.c.ventrē.et.iij.q.vij.c.teſtes.ſm Hug.⁊ Archi.¶†Que
ro an omne delictū condignū damnatione repellat quem a pro
motione.Sol.dic aut tale delictum proceſſit ad actum exterio
rem ita qd̄ de eo pōt cōſtare iudiciali probatione:⁊ tunc repel-
litur ⁊ ita intelligitur tex.hic.aut non proceſſit ad actū exterio
rem:⁊ tunc non repellitur:qꝛ licet al's a deo punianť talia deli-
cta tamen ex quo ſunt latentia non habent vindictā in foro iu-
diciali.xxxij.q.v.c.xp̄iana.Et ſm hunc modum non omne pec-
catum mortale eſt crimen:⁊ hoc demonſtrat ꝓprietas huius no
minis crimen ſm originem ſuam.dicitur enim a criminor crimi-
naris.ideſt accuſor accuſaris ſm Hug.⁊ Achi.

**Quod autem.** Hic declarat a quo tempore de-
beat ꝓmouēdus eſſe ſine crimine.

1 ☞ Peccatum omne an intelligatur nomine criminis.
2 Peccata venialia an quis teneatur confiteri. 6.
3 Peccatum veniale an poſſit effici mortale. 7.
4 Peccata que committantur ex ignorantia.
5 Confiteri layco an quis poſſit.6.
6 Peccatorū venialium tres gradus.

1 **Criminis.** †Criminis appellatione comprehendiť
veniale vel mortale ex deliberatione ꝓ-
ueniens.hoc dicit vſqꝫ ad.§.al's ea.¶No. qd̄ quādoqꝫ poteſt
peccari abſqꝫ deliberatione.vide.ſ̄.vj.diſt.ſed penſandū. No.
duo ex q̇bus hoies inducunť ad peccandū videlicet ex ignorā-
tia ⁊ ex infirmitate humana.¶Not.quod quilibet proximus
poteſt audire confeſſiones venialium alterius proximi. quod
declaratur hic cū glo.¶No.ꝙ peccata venialia de facili rela-
xantur.¶No.qd̄ peccatū videť remitti ꝑ penitētie impoſitio
nem.¶Oppo.⁊ videť ꝙ male inducat autoritatē Bede qꝛ vt
hic apparet nulla ſit mentio de crimine.nec ex mēte Bede pōt
colligi ꝙ omne peccatū dicať crimē.⁊ nō ꝓbat id ad qd̄ induci
tur.Sol.ꝙ q̇dam fatenť cōtrariū.⁊ reprehendūt magiſtrum ꝙ
male induxerit.ſed Hug.ſaluat eū dicens ꝙ Gra.non inducit
dictum Bede ad oſtendendum qd̄ omne tale peccatum intelli-
gatur nomine criminis.ſed qꝛ ipſe dicit ꝙ appellatione crimi-
nis cōprehendiť omne peccatū qd̄ ꝓcedit ex deliberatiōe. Sꝫ
nō ne quodlibet peccatū ꝓcedit ex deliberatiōe.Ipe ad tollen-
dam iſtā tacitā obiectionē que ſibi fieri potuiſſet inducit auto
ritatē Bede ꝑ quā ipſe oſtēdit ꝙ pn̄t eſſe peccata que nō ꝓue-
niūt ex deliberatiōe ſed quedā ex ignorātia.quedā ex infirmita
te humana.⁊ q̄dā ex deliberatiōe.Et iſto modo intelligēdo nō
2 debet reprehēdi.Gra.ſm Hug.⁊ Archi.¶†Oppo.ſcd̄o con
tra tex.hic q̇ expreſſe dicit qd̄ preceptū eſt cōfiteri peccata ve-
nialia.Sed iſtud videť falſuꝫ ꝯ̄ tex.de peni.diſt.j.§.ecōtra. vbi
expreſſe diciť ꝙ eſt cōſilij nō ꝑcepti.Sol.dicit Hug. ꝙ iſti tex.
potius eſt ſtandum qui fuit Bede.⁊ ideo eſt precepti.Nec ob-
ſtat cōtrariū qꝛ tex.fuit Gra.vnde potius eſt credendum Be-
de q̄ Gra.ſm Hug.⁊ Archi.⁊ idē tenet gl.in.d.§.econtra.h.d.
Hug.nō ꝓcedere de maioribus venialibus ſi habeanť in me-
moria:immo dicit ꝙ ſi forte ex contēptu omittať cōfeſſio taliū
3 qd̄ talis contēnens peccat mortaliter ſm Hug.hic.¶†Op-
po.tertio cōtra tex.in fi.vbi dicit qd̄ veniale poteſt effici morta
le peccatū:ſed videť qd̄ immo quodlibet peccatum mortale di-
catur veniale:vt patet de pe.diſtin.j.c.ſerpens.in princip.Sol.
dic qd̄ peccatū veniale pōt dici eo ꝙ cito venit ſine quo ꝑſens
vita difficile duciť.vt patet.ſ̄.ea.diſt.§.nois.Qn̄qꝫ dr̄ veniale
ideſt aliquā cāꝫ venie habēs:vt peccatū in patrē ⁊ filiū.ideſt in
firmitatis ⁊ ignorātie.Et ideo iſtud tūc diciť veniale.ad diffe-
rentiā peccati in ſpiritūſanctū qd̄ caret venia.vt in ea. diſtin c.
qualis.Qn̄qꝫ dr̄ veniale eſſe peccatū etiā mortale ⁊ poſt cōtri-
tioneꝫ ⁊ tūc dr̄ veniale quaſi ſit dignū venia.⁊ ſic recipiť in. d.c.
4 ſerpēs.ſm Hug.⁊ Archi.¶†Glo.ſuꝑ v̄bo ignorantia. Re-
cita ꝑ qōneꝫ que ſunt peccata q̄ cōmittunť ex ignorātia ⁊ ſolue
vt in glo.in fi.glo.Hug.non placet ſolutio glo.immo dicit qd̄
mortalia ⁊ venialia pn̄t cōmitti ex ignorantia. Et qd̄ mortalia
quandoqꝫ cōmittanť ex ignorantia patet in Paulo ⁊ in mul-
tis alijs iudeis.dicit enim.miſericordiam merui qꝛ ignoranter
peccaui:⁊ ēt qn̄qꝫ ex infirmitate.i.fragilitate hūana.vt ſepe pa-
tet in fornicatiōe ⁊ rapina ſm Hug.Unde dictū Jacobi nō de
bet intelligi ꝙ tm̄ venialia ex ignorātia cōmittanť ſicut etiam
lex in hoc diſtinguit ꝙ qn̄qꝫ peccatū cōmittiť ex impetu. quan-
doqꝫ ex euentu.qn̄qꝫ ex propoſito.vt.ff.de pe.l.reſpicienduꝫ. §.
pe.ſm Archi.¶Glo.ſuper v̄bo facile.recita ꝑ ꝯ̄riū ꝙ tex. con
5 fitemini alterutrū ⁊c.†Et ſic videť ꝙ quis pōt etiā cōfiteri pec
cata ſua layco.ſed hoc eſt falſum: qꝛ immo debet cōfiteri ſacer-
doti.de pe.diſt.v.c.qd̄ vult.⁊ eo.titu.c.omnes.gloſ. ſoluit diſtin
guendo inter venialia ⁊ mortalia.¶In eadē glo. ibi qui vult.
Iſtam diſtinctionem glo.innuit Beda ſuper dicta autoritate
Ja.vbi ſic dicit etiā Car.h̄ refert magiſtrū ſn̄iaruꝫ in.iiij. diſti.
xvij.Coequali q̄tidiana ⁊ leuia grauiora v̄o ſacerdoti pādam⁹
ſꝫ grauiora coequalib⁹ ſunt pādēda cū deeſt ſacerdos ⁊ pericu
lū vrget.venialia etiā oblata copia ſacerdotis coeq̄li ꝯfiteri lꝫ.
qd̄ intelligit Hug.dūmodo ſacerdos ex cōtēptu nō ꝑtermitta
tur.tuti⁹ tn̄ eſt ⁊ ꝑfecti⁹ vt habita copia ſacerdotis tā mortalia
q̄ venialia cōfiteanť ſacerdoti.Quidaꝫ v̄o dicūt ꝙ nullus ēt
in neceſſitate teneať ꝯfiteri layco abſente ꝑſbytero.maxie mor
talia.⁊ dicūt ꝙ ꝑdicta autoritas Ja.intelligiť tm̄ de venialib⁹
vel de cōfeſſione gn̄ali que fit in eccleſia.vel Jac. ibi loquiť de
ſacerdotib⁹ tm̄.Hug.v̄o ī.d.c.q̇ vult.dicit qd̄ q̇s layco delicta
ſua cōfiteri teneať dū ſacerdotis copiā habere nequeat.nec vi-
dereť vere penitens qui in neceſſitate cuꝫ ſacerdotē habere nō
pōt delicta ſua cuicūqꝫ nō ꝯfitereť q̄.uis laycus abſoluēdi po
6 teſtatē nō habeat ſm Archi.hic.¶†Pro cōcluſione hui⁹ ma-

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

terie duo ſunt videnda ſm Gemi. Primũ an ſemper venialia
ſint cõfitenda ſpecifice. Scõm vero an ſit neceſſe cõfiteri laico
vel debeant cõfiteri preſbytero. Ad primũ dic ꝙ venialiũ pec-
catorum tres gradus reperiunt̃ ſm Apo.ſ.lignũ fenũ ⁊ ſtipu-
la.vt in ea.di.c.ſi quis. Per ligna maiora venialia intelligun-
tur que nimis ſunt inueterata vel in cõſuetudinẽ iam deducta
que ex ipſa frequẽtatione ⁊ cõtemptu mortalia reputant̃ de iu
reiu.c.⁊ ſi xp̃s.§.quedã.⁊ ita procedit tex.hic ꝙ nullũ peccatũ
adeo veniale ⁊c. Et iſta debent cõfiteri ſi adeſt copia preſbyte-
rorum. Per fenũ intelligunt̃ minora.⁊ hec cõfitẽda ſunt ſaltẽ
in gñe de peni.diſt.iij.c.de quotidianis. Per ſtipulam minima
venialia que in ſola cogitatione cõſiſtunt ⁊ q̃ ad cõſenſum non
perueniunt.de peni.di.ij.c.ſicut tribus.⁊ iſta nõ ſunt neceſſaria
confiteri ſed citius tollunt̃ iſta q̃ alia. Hec eſt diſtinctio Ho-
ſtien.in ſumma.de penit.§.de quibꝰ.ver.nũquid.ergo iſtud di-
ctũ Hoſti.ꝙ venialia quo ad vltima membra tollant̃ ſine con-
feſſione.intellige verũ quãdo quis nõ eſſet cõſtitutꝰ in mortali.
ſed ſi haberet etiam mortalia tunc non tollerent̃ talia venialia
niſi eo modo quo tollunt̃ mortalia vt no.glo.fi.de peni.di.j.c.
perfecta.⁊ no.gl.in prohe.li.vj. Ad ſecundũ dic ꝙ ſi quis eſt cõ
ſtitutus in mortalibꝰ ⁊ venialibꝰ ſimul.⁊ tunc ſi habet copiã ſa-
cerdotum planum eſt ꝙ de neceſſitate ſacerdoti cõfiteri debet
al's non eſſet penitens.de peni.di.j.c.quẽ penitet.⁊ diſ.vj.c.qui
vult. Et idẽ eſſet ſi haberet mortalia tãtũ ⁊ venialia primi gra-
dus que equiparant̃ mortalibꝰ vt dictũ eſt.ſ. Si aũt nõ habet
copiam ſacerdotis.tunc videt̃ ꝙ de neceſſitate debeat cõfiteri
laico.quod probatur per tex.⁊ doct.in.d.c.quẽ penitet.et in.d.
c.qui vult. Illi tex.loquunt̃ ꝑ verba impatiua.⁊ quãdo deeſt ſa
cerdos confiteat̃ laico.et verba imperatiua potius debent in
dubio intelligi preceptiue vt dixi.ſ.iiij.di.§.fi. Glo.in.c.paſto
ralis.in verbo preterq̃ in mortis articulo.de off.or. Ergo vide
tur ꝙ ſit p̃ceptiua vt laico cõfiteant̃ ſacerdote deficiẽte. Itẽ cã
propter quã eſt ſtatutũ vt ſacerdoti cõfiteat̃ eſt verecũdia pec-
cati que eſt magna pars ſatiſfactionis. Sed hec cã ita militat
quãdo cõfitet̃ laico ſicut qñ cõfitet̃ clerico.⁊ hãc cãm aſſignat
ille tex. Cum igit̃ eadem cauſa ſubſit in vno ſicut in alio. ergo
ita erit preceptiuũ ſicut reliquũ.qꝛ vbi eſt eadẽ ratio ibi idem
ius eſt ſtatuendũ.de cõſti.c.trãſlato.de reſcrip.c.inter ceteras.
Et ſic puto verũ dictũ Hug.ſ.poſitũ. Aut quis eſt cõſtitutus
in venialibus tantũ.ſ.primi ⁊ ſecũdi gradus.tũc ſi nõ habet co
piam ſacerdotis tunc planũ ꝙ põt cõfiteri laico.ſi vero poteſt
habere copiã ſacerdotis tũc ſi ſacerdotẽ omittit ex contemptu
peccat ſm Hug.vt dictũ eſt.ſ.ſi nõ omittit ſacerdotem ex con-
temptu.tũc ſi remouet venialia altero de modis quibus remo-
uentur enumeratis hic per glo.credo ꝙ ſufficiat:nec ſit neceſſe
ꝙ ſacerdoti vel laico cõfiteatur ex quo ſunt ſublata ex modis
premiſſis. Et ita Gemi.et Car.qui allegat Bonauẽ.in.iiij.di.
xvij. Faciunt que habent̃ maxime per Car.in.§.tres autem de
peni.di.iij. Aut nõ remouet venialia altero de predictis modis
et tunc mihi videt̃ ꝙ iſtud dependeat a dubio an cõfiteri venia-
lia ſit precepti an conſilij.hic tenet Hug.ꝙ ſit precepti per ver-
ba Bede.vnde oportet ꝙ confiteantur. Tenet Gemi.ꝙ ſuffi-
ciat confiteri laico etiã ſi habeat copiã ſacerdotis vt voluit gl.
hic dum tamẽ nõ faciat hoc ex cõtemptu.et hoc voluit tex.dum
dicit. Cõfitemini alterutrũ peccata veſtra ⁊c.⁊ nõ artat ad con
feſſionem fiendã ſacerdoti. Et poſſet aſſignari ratio quia in ve
nialibus nõ requirit̃ ſacerdotalis abſolutio ſicut in mortali-
bus.quod patet qꝛ venialia tollunt̃ abſq̃ alia ſacerdotis abſo
lutione vt vult hic glo.qđ in mortalibus nõ procedit. ¶ Glo.
in verſi.ideo.dicit facilius.hic glo.querit.quare text.dicat qđ
facilius venialia dimittãtur. So.vt in glo.in fi.glo.hanc glo.
dicit Arch.verã qñ non ſunt mortalia ⁊ venialia ſimul.tunc eñ
venialia non tollerentur per iſtos modos.allegat not.de peni.
diſt.j.c.perfecta.in glo.fin.in fi. Et ita not.glo.in prohe.lib.vj.
Item põt iſte text.intelligi de mortalibus que committuntur
ex ignorãtia vel infirmitate quo caſu etiã facilꝰ remittunt̃.viij
di.c.cõſuetudo.⁊.xxx.q.j.c.de his. Et hec facilitas debet refer
ri ad ſatiſfactionem qꝛ minor penitẽtia eſt ponẽda iſto caſu q̃
alijs: vl' quantum ad charitatẽ vel cordis contritionẽ per quã
pctã dimittunt̃ non attendit̃ illa facilitas qꝛ charitas ita ſuffi
cit ad deletionẽ maximi peccati mortalis ſicut ad deletionem
minimi.⁊ ſic poteſt intelligi iſte text. etiã de mortali. Dicit hic
Hug.quod melꝰ intelligat̃ de veniali q̃ de mortali ſm Hug.
⁊ Arch. Glo.ſup ꝟbo reſpicit. Gloſ.querit an illud qđ ſequi-
tur debeat referri ad totam autoritatẽ p̃cedentẽ.⁊ dicit qđ non
ſed iſtud eſt dictũ de deliberatione. ¶ In fin.glo. vel expone
clarius dicẽdo hinc.i.oſtendo qđ illa que cõmittunt̃ ex delibe
ratione indigent pñia.ꝓbat̃ ex verbis Auguſtini. Et poſſunt
eſſe illa verba Gra.vel Bede introducẽtis autoritatem Augu
7 ſtini ſm Hug.⁊ Archi. ¶ † Glo.ſuper ꝟbo criminali. Recita
per contrariũ ꝙ impoſſibile ſit ꝙ veniale efficiat̃ mortale.con-
ſtat enim ꝙ veniale peccatũ eſt diuerſa ſpecies a mortali vt pa-
tet.ſ.ea.diſt.c.ſi quis.ſed impoſſibile eſt ꝙ vna ſpecies efficiat̃
alia.ſicut eſt videre ꝙ hõ q̇ eſt diuerſa ſpecies ab aſino efficiat̃
aſinus.ſicut in ꝓpoſito impoſſibile vr̃ ꝙ veniale poſſit trãſire in
ſpeciem mortalis.cuius ꝯtrariũ dicit tex. Gl.ponit duas ſolu-
tiones. Prima ꝙ peccatũ mortale ⁊ veniale nõ differunt vt ſpe
cies ſeparate ſed ſunt vna ſpecies:⁊ differt vna ab altera tantũ
ex accidẽti ⁊ circũſtantia.qđ declarat gl. Alia ſolutio ꝙ morta
le non tranſit in veniale ſed cõtemptus ipſe qui interuenit cir-
ca venialia tranſit in peccatũ mortale. ¶ In fi.glo. Arch.de pe
ni.diſt.j.c.tria ſunt.ponit aliam ſolutionẽ dicens ſi querit̃ nun
quid veniale poſſit effici mortale. Aut conſideramus ipſum ef
fici mortale occaſionaliter.⁊ tunc planum eſt ꝙ ſic.nam ſi quis
aſſuefacit ſe veniali propter illam aſſuefactionẽ cadit de facili
in mortale. ſicut dicimus ꝙ cõſuetudo iurandi occaſionaliter
facit cadere in periurium.de iureiur.c.et ſi chriſtus. Si conſide
ramus ipſum effici mortale cauſatiue.ita ꝙ ipſum veniale effi-
ciatur mortale.dicendũ eſt ꝙ non.ex quo ſunt diuerſe ſpecies.
Et ad tex.iſtum reſpondet ꝙ nõ probat ꝙ idem paccatũ venia-
le in ſpecie eadem efficiat̃ mortale.quia illud relatiuum quod
hic poſitum facit ſimplicẽ relationẽ in genere.nõ autẽ in nume
ro et ſpecie ſm Pe.⁊ Arch. Vel poteſt exponi ꝙ illud concur-
rat in peccato veniali.quia cõplacentia facit veniale trãſire ad
aliã ſpeciẽ.ſ.mortale. Beatus Tho.in.iiij.diſ.xxj.hoc de nõ le
ui cõplacentia dicit eſſe intelligendũ.⁊ facit in.§.proxime ſeq.
maxime in glo.in verbo ebrietas. Exemplũ ſi comedo plus iu-
ſto.⁊ hoc facio attractus ab appetitu iſtud eſt veniale.vt.ſ.ea.
diſ.c.ſi quis. Super quo demum ſi capio delectationẽ propter
quam ſumo cibum etiã ingurgitãdo tunc pecco mortaliter.iiij.
diſt.c.deniq̃. Ecce quomodo peccatum veniale cũ pluries ſit
in aliam ſpeciem.ſ.mortalis trãſit ſm Hug.hic.

1 ☞ Id quod male intelligitur inducit quẽ in errorem.
Confeſſionẽ ſuam reuocare quo caſu quis poſſit.
2 Seductor quis dicatur.
3 Ira an ſit peccatum mortale.11.
4 Ebrietas an ſit peccatum mortale.13.
5 Maritus cognoſcens vxorẽ ſuaꝫ in alium finẽ q̃ ſobolis pro
creande an peccet mortaliter.19.
6 Ignes duo reperiuntur.
7 Verba illa apoſtoli lignum fenum et ſtipula quomodo intelli
gantur.
8 Differentia an ſit inter peccata crimĩalia capitalia ⁊ mortalia.
9 Peccata criminalia que ſint.
10 Superbia quid ſit.
11 Inuidia quid ſit.
14 Accidia an ſit peccatum mortale.
15 Peccare mortaliter an dicatur ille qui loquit̃ vltra debitum.
16 Dictio vel ꝙ exponatur pro ſaltem.
17 Conſilia quedam ſunt vbi facere contra eſt peccatum veniale.
18 Ieiunans an peccet tranſgrediendo horam.
20 Pauperibus quare prohibeantur dari epule ſumptuoſe.
21 Adulatio quale ſit peccatum.
22 Iuramentum iocoſe preſtitum non implens an peccet mor-
taliter.
23 Iuramentum temerarium cognoſcendi modus.

Alias ea. Qui mortalibus peccatis infectus in hoc
ſeculo ſe non emendauerit eterna damna-
tione ligatur.qui autẽ venialibus maculatur pena purgatorij
1 ſaluabitur.h.d. ¶ † No.ꝙ id quod male intelligitur inducit
quem in errorẽ ⁊ falſam deceptionẽ.⁊ ꝙ talis intellectus ſit cor
rigendus.quod no.quia facit ad dubiũ.ſi quis reſponderit po
ſitioni que nõ poſſet bene intelligi poſſet reuocare ſuam cõfeſ
ſionem factam tanq̃ caduce factã.⁊ iſto caſu probaret errorem
eo ipſo ꝙ oſtenderet qualiter erat ita concepta.ꝙ non poterat
bene intelligi.ad hoc tex.ſ.iiij.diſt.c.erit autẽ.quod not.ad ea
que habentur in.c.de confeſſis. ¶ Not.ꝙ pena purgatorij eſt
2 temporalis ⁊ finita a qua q̇s cõſequit̃ vitã eternã. ¶ † No. ꝙ
ille eſt ſeductor q̇ per intellectꝰ malos inducit quẽ ad credẽdũ
id qđ nõ eſt verũ qđ no.ꝓpter ſtatuta q̃ qñq̃ cõcedũt aliqua re
media ꝯ ſeducẽtes ad cõtrahẽdũ.vide Arch.vj.q.j.c.ſunt plu-
rimi. No.ꝙ pctã mortalia appellant̃ capitalia.venialia aũt di
cuntur minuta. ¶ † No.ar.ꝙ ignorãtia iuris excuſat quẽ.de
3 quo.j.q.iiij.c.notãdũ. No.quot ſunt pctã mortalia. ¶ † No.
ꝙ ira non eſt ſemꝑ peccatũ mortale.niſi quãdo quis lõgo tem-
4 pore in illo perſeueraret. ¶ † No.ꝙ ebrietas eſt peccatũ mor
tale quando quis continue et aſſidue perſeueret.et ideo habe-
tis inferre ꝙ ebrietas de ſe nõ eſt peccatum mortale.de quo in
c.deniq̃.iiij.diſtinctio.vnde dixit Panormita.in.c.crapula.de
vit.et honeſtat.clericor.ꝙ cum vinum temperandum ſit aqua
ad mitigandum



ad mitigandũ vini fumoſitates ⁊ potentiã. Ebrietas auteꝫ de
ſe nõ ſit peccatũ mortale.ꝙ nõ miſcẽs aquã in vinuꝫ nõ peccat
mortaliter.qđ intellige niſi per accidens:qꝛ ſciens vini poten-
tiam ex nimia delectatiõe nõ miſcet illud aqua.ita qđ ſepe ine-
briatur:vel qꝛ ex inebriatione vſum rõnis amittit.vt dixi in.d.
c.deniq̃.tũc eñ eſſet peccatuꝫ mortale. ¶ No. qđ pñia delicti
debet eſſe lõga.hodie ꝟo arbitraria.de peni.diſt.j.c.menſuram
c.deus qui.de peni.⁊ remiſ. No.qđ elemoſyna habet delere pec
catorum penã. Et no.qđ elemoſyne debẽt eſſe large. ¶ Not. q̃
requirant̃ vt exiſtẽs in peccato mortali nõ damnet̃ pena eter-
na. ¶ No.que ſunt peccata venialia ꝓut in text.exprimuntur.
5 ¶ † No.quotienſcũq̃ vir cognoſcit vxorẽ ſuaꝫ in aliũ finẽ q̃
ſobolis cã ꝓcreande peccat mortaliter.de quo.ſ.xiij.diſt.c.ner
ui. No.qđ iurans indiſcrete nõ peccat nõ ſeruãdo tale iuramẽ
6 tum ſed peccat taliter iurando. ¶ † Quero an iſte ignis pur-
gatorij ſit perpetuo durabilis. Sol.dic ꝙ duo ignes reperiun-
tur. Vnus qui vocat̃ ignis eternus quo eternaliter reprobi pu
nient̃ vt dicit hic tex.⁊ iſte ignis ſequit̃ iudiciũ. Aliꝰ erit ignis
qui precedet iudiciũ:⁊ iſte habebit duplicẽ naturã.nã exuret in
melius cõmutans facieꝫ huiꝰ mũdi.⁊ purgabit eos qui venia-
lia cõmiſerũt ideſt illos q̇ ſuꝑ fundamẽto fidei poſuerũt lignũ
fenum ⁊ ſtipulã.⁊ iſte tam diu durabit quouſq̃ purgati erũt q̇
ſaluãdi ſunt. Ille ergo ignis erit dãnatoriꝰ:iſte purgatoriꝰ qui
tñ grauior erit q̃ q̇cq̇d homo pati poſſet in hac vita. ad hoc.j.
7 ea.diſt.c.pri.⁊ c.qui in aliũ.ſꝫ Ioã.de fan.⁊ Archi. ¶ † Que
ro quare illa ꝟba apl'i.ſ.lignũ fenũ ⁊ ſtipula.nõ pñt itelligi de
mortalibꝰ. Rñdet̃ ꝑ tex.met.apl'i qꝛ dixit purgari. vnde illud
verbũ purgari.nõ põt referri ad mortalia:qꝛ mortalia in pur-
gatorio puniunt̃:non autẽ purgant̃. qđ patet ex vi verbi. nam
purgare eſt maculã ⁊ reatũ delere puniri eſt penã pro delicto ſu
ſtinere:ſed in alia vita venialia purgant̃:mortalia ꝟo puniunt̃.
ergo autoritas iſta nõ poterit intelligi de venialibꝰ.⁊ ſic caute
locutus eſt Aug.põderãdo verbuꝫ purgari qđ ꝓprie refert̃ ad
venialia ſm Hug.⁊ Archi.⁊ ꝑ hãc ſĩl'itudinẽ infert hic Car. ꝙ
inter peccatores in purgatorio vnus citius purgabit̃ q̃ alius.
Et pro hoc eſt ſimilitudo apl'i qui peccatorꝫ venialiũ differen-
tias deſignat ꝑ lignũ fenũ ⁊ ſtipulã. Cõſtat eñ ꝙ lignũ diutiꝰ
manet in igne q̃ fenum ⁊ ſtipula.ergo vnũ peccatũ veniale diu-
tius punit̃ in purgatorio q̃ aliud. Iſta ꝯcluſio eſt beati Augu
ſtini dicẽtis in Enchyridon. Poſt hãc vitã incredibile non eſt
nõnullos fideles ꝑ purgatoriũ quãto magis minuſq̃ pereun
tia dilexerũt tanto citius tardiuſq̃ ſaluari. Scđo ſic iuxta. S.
Tho.quedã ſunt venialia maioris adherẽtie q̃ alia ſm ꝙ effe-
ctus magis ad ea inclinat̃ ⁊ fortius in eis figit̃.ſed ea que ſunt
maioris adherẽtie tardius purgant̃.ergo in purgatorio tanto
aliqui diutius torquent̃ q̃ alij ſm ꝙ effectus corꝫ magis ad ve
nialia fuerit immerſus. Tertio ſic.in foro penitẽtie reſpondet
grauior pena nõ ſolũ quantũ ad intẽſionẽ ſed etiã quantuꝫ ad
durationẽ vt patet inſpicienti canones in q̇bus pñie taxant̃.ſꝫ
iudiciuꝫ eccleſie rectũ cõforme eſt iudicio diuino.ergo ſimiliter
erit apud iudiciũ diuinuꝫ: ꝙ qui grauius offendit ⁊ diutius in
culpa permãſit pena acerbiori puniet̃ ⁊ diuturniori:ita Card.
8 in.c.qualis.j.eo.in.ij.arti. ¶ † Quero an ſit differentia inter
criminalia capitalia ⁊ mortalia. Sol.dic ꝙ ſic.⁊ eſt illa differen
tia q̃ eſt inter genꝰ ⁊ ſpeciẽ.nã quecũq̃ ſunt peccata crĩalia ſunt
pctã mortalia: ſꝫ iſtud nõ cõuertit̃ qꝛ nõ oĩa mortalia ſunt crĩa
lia.nam dicuntur illa crĩa que inducunt decapitationẽ vel de-
poſitiõem vel exilium vel intruſionem carceris licet large om-
9 ne peccatum vocet̃ crimen.vt.ſ.ea.diſt.nomine. ¶ † Sed que
ro que ſunt peccata criminalia. Dic qđ ſunt vndecim. Primũ
eſt peccare in fidẽ trinitatis.xxij.q.ij.c.j. Scõm copula contra
naturam.xxxij.q.vij.c.flagitia. Tertiũ eſt homicidiũ qđ eſt ter
ribilius omni peccato.l.diſt.c.placuit. Quartũ eſt crimen leſe
maieſtatis.lxxix.diſt.c.ſi q̇s cũ militibus.⁊.ij.q.v.c.accuſatori
bus. Quintũ eſt crimẽ ſacrilegij.ſcꝫ cũ aliq̇s fregerit eccleſias
violenter.ij.q.j.c.in primis.xvij.q.iiij.c.ſi quis in atrio.⁊.c.fra-
ter.⁊.c.ſi quis ſuadẽte. Sextũ inceſtus.iij.q.iiij.c.cõſanguineo
rum.xxxv.q.iiij.c.de inceſtis.⁊ ea.cauſa.q.viij.c.hec ſalubriter.
Septimũ cõſpiratio.xj.q.j.c.conſpirationũ.⁊.c.ſi qui clerici. ⁊
c.ſi qui clericorꝫ. Octauũ eſt adulteriũ qđ eſt deteſtabile.xxxij.
q.vij.quid in oĩbus.⁊ eadẽ cã.q.iiij.c.nemo. Nonũ eſt falſuꝫ te
ſtimonium qđ lege diuina ⁊ canonica eſt prohibitum. vt proba
tur.xij.q.iiij.c.non periurabis.⁊.vj.q.j.c.quicũq̃. de falſis.c.j.
iſta enim ſunt crimina maiora ⁊ accuſatione ⁊ dãnatione digniſ
ſima.lxxxj.diſt.c.j. Decimuꝫ eſt crimen ſymonie reſpectu cuius
oĩa crimina pro nihilo reputant̃.de ſymo.c.ſicut.⁊.c.tanta.j.q.
vij.c.fi.⁊ eſt dãnatũ crimen in vtroq̃ teſtamento.j.q.j.c.qui ſtu
det. Vndecimũ eſt crimen vſure qđ eſt deteſtabile in vtroq̃ te-
ſtamento. Vnde in Ezechiele. Vſuram ⁊ omnẽ ſuperabundan
tiam non accipietis:⁊ idem de vſur.c.in omnibus.⁊.xiiij.q.iij.
c.pleriq̃. Alia ꝟo peccata non vocant̃ recte criminalia:qꝛ non
ſunt capitalia lꝫ mortalia ſint.ſunt eniꝫ diſpẽſabilia ſine deco-
loratione ſtatus eccleſie.j.q.vij.c.diſpenſationes.⁊.c.ſi illa.niſi
eſſent reordinati.j.q.vij.c.ſaluberrimũ.vel ſciẽter rebaptizati.
10 l.diſt.c.cõfirmãduꝫ.ſꝫ Ioã.de fan.⁊ Archi. ¶ † Quero q̇d eſt
ſuperbia.dic eſt elatio vitioſa que inferiorẽ deſpiciẽs ſupiori-
11 bus ⁊ paribꝰ ſatagit dñari. ¶ † Quero q̇d ſit inuidia. dic qđ
dici põt quedã arbor cuius radix eſt maliuolẽtia.cuiꝰ frondes
ira ⁊ odiũ.cuius flores irriſio ⁊ deriſio.cuiꝰ fructus emulatio ⁊
detractio.cuius folia liuor ⁊ pallor.⁊ quẽ aſpicit deſpicit ⁊ quẽ
deſpicit interficit ⁊ corrũpit.xix.diſt.c.ſerui.xxiij.q.iiij.c. q̃ ma
12 gna.ſm Archi. ¶ † Quero an ira ſit mortale. Sol.dic.ꝙ que
dam eſt ira trãſitoria ⁊ iſta eſt veniale peccatũ.q̇daꝫ eſt ira ꝑſe-
uerãs ⁊ iſta eſt mortale peccatũ.vt hic dicit tex. Tñ iracũdia ꝓ-
prie eſt nomẽ vitij ſiue criminis. Ira ꝟo eſt ipꝫ peccatũ ſꝫ Hug.
⁊ dicit.d.Card.hic poſt beatũ Tho.ij.ij.q.clviij.arti.iij. qđ qñ
ira recedit a charitate proximi ⁊ ei contrariat̃ ꝙ eſt peccatũ mor
tale:vel qñ motu vehemẽti:ita ꝙ recedit dei charitate puta ꝑ-
rumpẽdo in blaſphemias vel deteſtationes vl' ex lõgo tp̃e quo
ſtetit in ira nõ ꝙ ex tp̃e vel iteratione delictũ mutet̃: ſed qꝛ ap-
paret de maiori contẽptu ⁊ cõſenſu in irã. Ideo dicit apoſtolꝰ.
Sol nõ occidat ſuꝑ iracũdiã veſtrã. Faciũt que beatꝰ Tho.in
13 ij.ij.q.cl.⁊ ſeq. ¶ † Quero an ebrietas ſit peccatum mortale.
Dic qđ põt eſſe ꝙ nõ ſit peccatũ.põt eſſe peccatũ veniale ⁊ põt
eſſe mortale ſm diuerſas conſiderationes.vnde ex mente beati
Tho.ij.ij.q.cl.arti.j.ij.⁊.iij.diſtiguit h Gemi.⁊ qꝛ dixi in.c.deni
14 q̃.iiij.diſt.hic nõ repeto. ¶ † Quero an accidia ſit peccatum
mortale cũ hic de eo nõ fiat mẽtio. Sol.dic ꝙ accidia eſt quedã
triſtitia aggrauãs q̃ ita deprimit animũ hoĩs vt ei agere nihil
libeat.ſicut ea que acida ſunt.frigida ſunt:ideo accidia quod-
dam tedium operandi.vnde aut talis triſtitia eſt ex eo qꝛ ali-
quis cogit euꝫ bene viuere:agere ⁊ implere opera virtutis que
facere nõ tenet̃:⁊ tunc nõ eſt peccatum accidia. Aut triſtitia eſt
circa illa que imminẽt facienda ꝓpter deũ tũc poteſt eſſe pecca
tum veniale:⁊ põt eſſe mortale.vnde ſi q̇s habet triſtitiã de bo-
no ſpirituali ad qđ artat̃.⁊ talis triſtitia nõ ꝓcedit vſq̃ ad ſen
ſum rationis ꝓpter imperfectionẽ actus eſt peccatũ veniale.ſi-
cut in genere adulterij cõcupiſcẽtia que conſiſtit in ſola ſenſua
litate eſt veniale peccatũ.ſi tamen peruenitur ad ſenſum ratio-
nis eſt peccatum mortale.ita ⁊ motus accidie cũ eſt in ſola ſen-
ſualitate vt quando eſt ꝓpter repugnantiam ſenſualitatis ad
ſpiritũ.tũc eſt peccatũ veniale qñcũq̃ nõ pertingit vſq̃ ad ra-
tionem que cõſentit in fugã ⁊ deteſtationem boni diuini carne
omnino cõtra ſpiritũ preualẽte tũc manifeſtũ eſt ꝙ accidia eſt
15 peccatũ mortale ſm Tho.⁊ Archi. ¶ † Quero qꝛ tex.dicit ꝙ
quãdo q̇s loq̇tur vltra debitũ peccat venialiter.de quo ſermo-
ne intelligat̃ an de bono:an de malo. Sol.dic ꝙ iſte tex. intelli
git̃ de bono ſermone qꝛ etiã de illo nõ debet haberi ſermo inu-
tiliter vel ſuperflue vl' qñ nõ decet: qꝛ etiã bona ⁊ iuſta ſunt ꝓ-
ferẽda cũ diſcretione ⁊ menſura. xiij.diſt.c.ſit rector.⁊.xxij.q. v.
c.quotiens. Si eniꝫ vltra debitũ loquat̃ in illicitis.vt in blaſ-
phemijs ⁊ detractatiõibꝰ ⁊ hmõi illud ſemꝑ eſſet peccatũ mor-
tale. Nec obſtat tex.hic in fi.vbi maledici dicunt̃ peccare venia
liter qꝛ illud intelligit̃ qꝛ inducunt̃ ad maledicendũ ex quadã
facilitate ⁊ temeritate qꝛ tunc facilitas ⁊ temeritas excuſant a
peccato mortali ⁊ veniam continet.j.q.iij.c.ſi quis iratus. Se-
cus ergo in maledicis ex odio vel indignatione qꝛ illi tũc pec-
cant mortaliter ⁊ ideo regnũ dei nõ poſſidebunt.ad hoc. xxiiij.
q.iij.c.cum in.xlvj.diſt.c.clericus.ſm Hug.⁊ Archi.b. Tho. ij.
16 ij.q.lxxj.ar.iiij. Glo.ſuꝑ verbo aliqua.† No.ex glo.ꝙ qñq̃ di
ctio vel exponit̃ pro ſaltem. ¶ Glo.in verbo plus accipit. Re
cita per contrarium incipiendo in verbo al's eſſet mortale. Et
ſolue vt in glo.vt.ſ.tex.procedat quãdo ex caſu plus debito ac
cipit.ſecus ſi ex contemptu. ¶ In fi.glo.no.iſtaꝫ glo.ꝙ ille qui
facit actum prohibitum ex caſu ⁊ ſic ſine aliqua deliberatione
nõ dicit̃ facere ex contẽptu.qđ no.ex his q̃ habentur in.c.cleri-
ci.de cle.excõ.mi. Glo.ſuper verbo ieiunantibus. Recita ꝑ cõ-
trarium.⁊ ſol.vt in ea. ¶ In fi.gl.ꝙ iſte tex.non intelligatur de
ieiunijs indictis ab eccleſia ſed de ieiunijs voluntarijs inducit
Hug.tex.hic in duobus locis. Primo ꝙ iſte tex.dicit prãdere
per qđ apparet ꝙ non intelligit̃ de ieiunijs indictis in q̇bꝰ nõ
prandet̃ ſed cenat̃.de tẽp.or.c.lr̃as. Itẽ dicit tex.hic ꝙ iſte vult
prandere alijs ieiunãtibus.vñ innuit̃ ꝙ ipſe ieiunat.ſed ſi eſſet
ieiunium indictũ ⁊ non ieiunaret peccaret mortaliter ⁊ non ve-
nialiter.vñ neceſſario debet intelligi de voluntarijs.⁊ q̃ ſunt de
cõſilio ⁊ non de p̃cepto. Nec obſtat ſi dicat̃ ꝙ ſi ſunt ieiunia cõ
ſilij contraueniens nõ peccat etiã venialiter. qꝛ conſiliũ liberã
17 exigit voluntatẽ.xiiij.q.j.c.q̇ſq̇s.† Quia rñdeo ꝙ q̇dam ſunt
cõſilia vbi facere ꝯ eſt pctũ veniale vt in ꝯſilio de vitãdo pctũ
veniale. Item põt eſſe ꝙ nõ obſeruans ieiunia talia ſit venia-

le peccatū pſertim ſi primo ad h̄ cōſenſerat. vl' pōt intelligi de
aliquo ieiunio particulari in aliquo loco vel conſilio cōſtituto
qđ nō obſeruare eſt veniale peccatū: veniale ſcandalū generat
inter fratres ſm Hug. Jſtud vltimū dictū Hug. nō videt̄ verū:
qꝛ ſi ieiuniū eſt indictū in aliquo loco particulari ⁊ quis ibi p-
maneat videt̄ aſtringi ad illud: vt patet. ſ. xj. diſtin. c. illa. vnde
deberet puniri frangēs ieiuniū indictū a cōſuetudine vel ſta-
tuto ſicut frangēs indictū a iure. xl. diſt. c. in his. vnde credo di
ctum Hug. verū qn̄ quis eſſet in loco particulari nō aīo ⁊ intē
tione ibi morādi ſed trāſire vt viator: qꝛ tunc nō aſtringeret̄ ad
talia ſtatuta vel cōſuetudines. vt no. viij. diſt. c. que cōtra. ſed ſi
alij ieiunarent ⁊ ipſe voluerit prandere tūc ipſe peccat veniali-
18 ter. vt vult tex. Jn eo aūt qđ glo. iſta dicit in prin. † ꝙ comedēs
ante horā in ieiunijs indictis peccat. dicit h̄ Archi. ꝙ glo. nō
affirmat iſtud: ſed dicit dubitatiue querēdo ꝙ valde eſſet durū
hoc dicere. vnde diſtinguit ꝙ ſi quis tpe ieiuniorum indictorū
comederet ante horā ex contēptu ⁊ inobediētia cū poſſet abſti
nere ⁊ nollet. tūc bene peccaret mortaliter. ⁊ ita debet intelligi
hic glo. Aut nō faceret ex cōtemptu ⁊ inobediētia. ⁊ tūc nō pec
caret ſm Jo. ⁊ Archi. Glo. ſup v̄bo tardus colligit arg. ex tex.
¶ Jn fi. glo. dicit Hug. ꝙ ipſum ſurgere nō eſt peccatū ſed tar
ditas ſurgēdi que peccatū inducit ſm Archi. ¶ Glo. ſup v̄bo
19 excepto inducit hūc tex. contra opi. Hug. dic vt in ea. ¶ † Jn
fi. glo. Hug. oppo. contra tex. qꝛ eſt dare caſū in quo maritus
cognoſcit vxorē excepto filioꝝ deſiderio ⁊ tamē nullū incurrit
peccatū. vt qn̄ illā cognoſcit exactus ab illa qꝛ tūc nullū eſt pec
catum. xxxiij. q. v. c. ſi dicat. Jtē eſt dare caſū in quo cognoſcēs
peccaret mortaliter vt ſi maritus hoc faciat cā explēde libidi-
nis qđ eſt mortale. xxxij. q. iiij. c. origo. tex. vero dicit ꝙ ſemper
peccet venialiter vno caſu excepto. ergo male. Sol. dicit Hug.
ſi pōderet̄ tex. qui dicit cognouit per qđ remouet̄ coitꝰ qui fit
cauſa reddēdi debiti. tūc eñ ipſe nō cognoſcit ſꝫ cognoſcit̄ nō
petit ſed petit̄ nō agit ſed patit̄. nemo eñ dicit̄ facere id qđ in-
uitus facit. Et ſic facit primū cōtrariū. Per hoc autē vt tex. di
cit vxorē. excludit̄ coitꝰ qui fit cā ſaturāde libidinis qꝛ tūc nō
vir vxorē ſed adulter vel amaſius videt̄ cognoſcere adulteram
vel amaſiam. xxxij. q. iiij. vir cum propria. Et ſic ceſſat cōtrariū
ſm Hug. ⁊ Archi. ¶ Glo. ſuper v̄bo deſyderio. Recita p cō-
trarium ꝙ vir cognoſcens vxorē alia de cauſa q̄ prolis nō pec
cet. xxxiij. q. v. c. ſi dicat. Glo. ſol. fatēdo contrariū ⁊ ſupplet ad
20 tex. ¶ † Glo. ſuper v̄bo ſumptuoſiora allegat cōcor. ad tex. in
fi. glo. ſed quare prohibētur ne dentur pauperibus epule ſum-
ptuoſe. dicit qꝛ ſicut infirmat̄ diues ſi vtitur vilibus epulis. ita
infirmant̄ pauperes ſi vtant̄ delicatis epulis. Jtem pauperes
incitant̄ ad libidinē ⁊ excitant̄ irritamēta gule. de cōſe. diſt. vj.
c. quinqꝫ modis. Jtē qꝛ id qđ expēdit quis ī cibo delicato pro
vno paupere ſufficeret duobꝰ vl' tribus. Jtē qꝛ ſi per ſe faceret
peccaret. de conſe. diſt. iij. ne talē. ⁊ ſ. iiij. diſtin. in. c. deniqꝫ. ſm
21 Hug. ⁊ Archi. ¶ † Glo. ſuper v̄bo adulari. Recita per cōtra
rium in ea formatū. ⁊ ſolue vt in gl. Et quale ſit peccatū adula-
tio. beatꝰ. Tho. ij. ij. q. cxv. arti. j. ⁊ ij. Et do. Car. hic dicit ꝙ qn̄
quis ſola auiditate alios delectandi vel etiā ad euitandū ali-
quod malū vel cōſequendū aliquid in neceſſitate adulatꝰ fue-
rit nō eſt ꝯ charitatem. vnde tūc nō eſt peccatuꝫ mortale ſed ve
niale. cōcor. Alex. de ales in. ij. dicēs ꝙ adulatio aliquādo eſt
peccatū mortale aliqn̄ veniale. diſtinguitur eñ cū ſit multiplex
genus adulationis. vnum eſt cū dicit malū bonum peccatoreꝫ
in peccatis fouendo. et hoc eſt mortale. Jn alijs vero diſtingui
tur. Aut ſi intentione vt alicui proſit ⁊ nulli obſit: ⁊ tunc venia-
le eſt. Si aūt fiat intentione nocendi alteri lꝫ alteri proſit mor
tale dicitur in. c. clericus. di. xlvj. de adulatione aliquid dicetur
ibi qꝛ ſicut glo. tāgit innuitur ꝙ ſit peccatū mortale. ¶ Gl. ſu-
per verbo iuramus. recita per cōtrariuꝫ et ſolue vt in ea. Jn fi.
22 glo. †. No. ꝙ iuramentū iocoſe preſtitū nō illaqueat iuranteꝫ
ad mortale ſed ad veniale. ⁊ idem no. Archi. xxij. q. j. c. ij. Gloſ.
relata ad tex. videt̄ velle qđ etiā nō implens iuramentū iocoſe
preſtitum nō peccet mortaliter. do. Car. hic ⁊ credo bene tenet
contrariū dicēs qđ hoc nō videt̄ verū: nā vt dicit Beatꝰ Tho.
in. ij. ij. q. xcviij. ar. iij. ille qui ioco periurat nō euitat diuinā ir-
reuerentiā ſed quantū ad aliquid magis auget. ⁊ ideo nō excu
ſatur a peccato mortali. Jlle autē qui ex lapſu lingue falſuꝫ iu
rat. ſi quidem aduertat ſe iurare ⁊ falſum eſſe qđ iurat nō excu-
ſatur a peccato mortali. ſicut nec a dei contemptu. Si autē hoc
nō aduertat nō videt̄ habere intentionē iurādi: ⁊ ideo in crimi-
ne periurij excuſatus eſt. S. Tho. Oportet ergo aliter intelli
gere Auguſtinuꝫ in hoc loco q̄ gl. intelligat. vnde dicendū eſt
qđ loquatur de iuramento promiſſorio incaute ⁊ iocoſe emiſſo
qđ propter neceſſitateꝫ occurrentē adimplere nō poſſumus. ſic
ſi iuraſſeꝫ incaute: ⁊ quaſi iocoſe ꝙ tibi cras dabo hanc vel illā
rem centū libras vel huiuſmodi: ⁊ propter neceſſitatem imple-
re non poſſem hoc nō eſt peccatū mortale ſed ponitur inter ve-
nialia: ſed in veritate credo qđ glo. non habuerit illam menteꝫ.
non enim dicit qđ periurans cauſa ioci non peccet mortaliter:
ſed exponit tex. qn̄ iocoſe ſimpliciter iurauit ⁊ poſtea per neceſ
ſitatem aliquam nō poteſt implere. nam iſte in alio nō peccauit
niſi qꝛ nomē dei in vanū aſſumpſit non ex contemptu tamē. per
qđ non mortaliter peccet. c. ⁊ ſi xp̄s. de iureiuran. Jteꝫ qđ iura-
23 mētū temerariū illaqueat quem ad peccatū mortale. ¶ † Ter
tio no. glo. que dat vnū modum cognoſcendi iuramentū teme-
rarium videlicet qn̄ iurat̄ ſine ſolennitate ⁊ diſcretione ⁊ ſic ſine
deliberatione. vnde glo. in verbo ſacroſanctis. lxxv. diſt. c. flo-
rentinū. tex. xxij. q. iiij. c. qđ dauid. facit. c. ⁊ ſi chriſtus. de iureiu.
in aut̄. qđ eis. C. de nup. vbi iuramēto dant̄ comites quattuor.

1 ☞ Argumentum a contrario ſenſu nō eſt ex verbis legis: ſꝫ
eſt tacitus intellectus elicitus ex quadam conſequentia v̄bo-
rum in lege expreſſorū ⁊ quare nō habeat locū in ſtatutis.
2 Jn eo ſtatu quo quis moritur an in eodem apparebit in die iu-
dicij.
3 Peccata venialia qualiter dimittantur in futuro ſeculo ⁊ an
remittantur quo ad culpam poſt vitam. 4.
4 Culpa venialis an poſſit poſt hanc vitā remitti in purgatorio.
5 Qualiter quis peccat in patrem ⁊ filiū ⁊ ſpiritūſanctum.
6 Peccare ex contemptu quando quis dicatur.
7 Peccati in ſpiritūſanctū ſex ſunt ſpecies.
8 Peccatum in ſpiritumſanctū an ſit remiſſibile.
9 Peccati mortalis vel venialis debite purgati reatus omnis
tam in hoc ſeculo q̄ in purgatorio remittitur.
Purgatorij pena eſt grauior quacunqꝫ pena huius mundi.
10 Expreſſio vnius filij an includat alios.
11 Negatiua vnius an inducat affirmationem alterius eiuſdem
ſpeciei et econuerſo.

**Qualis.** Peccatū in ſpiritum ſanctū nec in iſto
ſeculo nec in futuro remittitur. venialia
vero in iſto ⁊ in futuro relaxantur. hoc dicit. ¶ No. qđ
in eo ſtatu ſcꝫ iuſtitie vl' iniuſtitie quo quis morit̄. in eodeꝫ ap-
parebit in die iudicij. ¶ Not. qđ peccatum in ſpiritū ſanctum
1 non eſt remiſſibile. ¶ † No. qđ arg. a contrario ſenſu nō eſt ex
verbis legis ſꝫ eſt tacitus intellectus elicitus ex quadā conſe-
quentia verboꝝ in lege expreſſorum. Et ita pōt eſſe ratio qua-
re in ſtatutis nō habeat locum a contrario ſenſu qꝛ debent in-
telligi ſm propriū ⁊ expreſſum ſignificatū verborū facit glo. in
c. cupientes. §. ꝙ ſi per viginti. de elec. lib. vj. dixi in. c. j. ſ. j. diſt.
¶ No. hic quedaꝫ peccata venialia alia inficiunt ſi quis mori
2 tur ante ipſorum relaxationeꝫ. ¶ † Oppo. ⁊ videt̄ ꝙ quis nō
debeat apparere in extremo iudicio qualis egreditur de hoc ſe
culo. nam multi cum macula venialium egrediuntur qui tamen
tempore iudicij purgati apparebunt vt apparet hic. ⁊ ſ. §. pri.
Sol. hic non dicit̄ quantuꝫ ad omnes qualitates cum quibus
quis egreditur ſeculum ꝙ cum illis debeat apparere in iudi-
cio. ſed eſt mens tex. noſtri ſolū apprehēdere illā qualitatē qua
quis cōſtituit̄ dignꝰ vita eterna vt virtꝰ: vel illā que facit eū di-
gnum eterna damnatione ſcꝫ vitiū vnde ſi quis malus ⁊ in ſta-
tu dānationis decedit talis apparebit in iudicio. ſi bonus ⁊ in
ſtatu ſaluationis bonus apparebit in iudicio. vt. iij. q. vij. c. tem
pus. ⁊. xvj. q. v. c. nec mirum. ſm Hug. ⁊ Archi. ⁊ ita glo. j. hic q̄
3 per hoc eſt expedita. ¶ † Quero qualiter venialia dimittant̄
in futuro ſeculo. Sol. dic ꝙ aliqui dicunt ꝙ per merita prece-
dentia dimittant̄. vel per illa quattuor que enumerant̄. xiij. q.
ij. c. anime defunctorum. vel etiā per contritionē ⁊ humilitatem
quā habēt etiā in ipſo purgatorio. Sed dicit Hug. ꝙ in futu-
ro ſeculo nullū peccatū proprie ⁊ vere dimittit̄. ſed ideo dicitur
dimitti: qꝛ eo punito. lꝫ miſericorditer ſtatim tranſit ex purga-
torio ad gloriam ⁊ ſic peccatuꝫ in purgatorio dimittit̄ ideſt ſuf-
ficienter punit̄. ita qđ eius pena habeat finē. ſm Hug. ⁊ Arch.
¶ Sed an ita ſit in malo ideſt peccato mortali cōſtituto q̇ etiā
moritur cuꝫ venialibus vt ſibi etiā hmōi venialia remittant̄ p
punitionē. Sol. dic. ꝙ ſic. qꝛ puniet̄ in inferno etiaꝫ pro veniali
⁊ mortali in quibus deceſſit culpis. non aūt in purgatorio. naꝫ
vt dicit Archi. in. c. tēpus. xiij. qđ. ij. in igne purgatorio nullus
eſt niſi bonus: qꝛ nullus eſt ibi cū peccato mortali. pro veniali
aūt nullꝰ eſt malꝰ. Fateor vt dicam poſt do. Car. in. d. c. tēpus.
ꝙ ſi quis decederet cuꝫ peccato mortali de quo eū penituit ſed
nō egit pro tali peccato ſufficiētem pniam ⁊ ſimul haberet pec-
cata venialia ꝙ talis in purgatorio puniet̄ đ peccato veniali ⁊
etiā de pena mortalis inquātū erit rōne debite pene. ⁊ tamē ta
lis nō erit malus: qꝛ in eo purgata culpa eterna contracta per
peccatū mortale. ſcꝫ dum de illo penituit ⁊ cōfeſſus fuit. Verū
in predictis in hoc eſt differentia qꝛ magis agitur miſericordi-
ter cū



ter cum bono q̄ cuꝫ malo. bonus eñ peccato punito ſtatim trā
ſit ad gloriā. malus aūt non. īmo remanet in pena eterna. Non
eñ credit Hug. ꝙ aliq̇s etiam malus puniatur p veniali eter-
naliter. q̄uis multi hoc dicāt. ſed tantum ſpecialiter ſm Hug.
4 ¶ Glo. ſup verbo credendus. † No. ex glo. ꝙ p ignem purga-
torij ante diē iudicij tolluntur q̄dam culpe ⁊ ſic veniales. vt di-
cit hic do. Car. Culpa venialis pōt poſt hanc vitā remitti ī pur
gatorio. pbatur ſic. Primo autoritate Auguſtini in li. de vera
penitētia. dicētis. q̄dam culpe leues in futuro remittunt̄. Nec
pōt intelligi quo ad penā. qꝛ ſic oēs culpe quantūcūqꝫ graues
per ignē purgatorij expiant̄. ergo venialia quantūcumqꝫ p cul
pam purgantur p ignem purgatorij. Ponatur caſus ꝙ aliq̇s
exiſtens in grā habēs tunc culpas veniales ſit in vltimo inſtāti
vt moriat̄ cū volūtate venialiū non dolēs de ipſis. cōſtat ꝙ ip̄e
ſaluabitur qꝛ ipſe eſt in grā. venialia eñ nō auferunt grām. Jtē
cōſtat ꝙ pctm̄ manēs in voluntate nō remittitur ergo videtur
ꝙ neceſſe ſit ꝙ poſt mortē remittatur. Si forte dicas ꝙ conuer
titur in mortale ppter voluntatē iterandi. hoc ridiculū eſt. ꝙ p
pter hoc ocioſum cōuertat̄ in mortale. qꝛ voluntatē habuit ite-
randi. Scđo ſic iuxta do. Duran. ad dimiſſionē culpe venialis
ſufficit reordinatio voluntatis p debitā diſplicentiaꝫ. ſed hanc
poſſunt habere exiſtētes in purgatorio cū non ſint obſtinati in
malo. ſed ſint in charitate. nec ſint totaliter in termīo ſed circa
ergo eis poteſt remitti pctm̄ veniale quo ad culpā. Eſt aūt cir-
ca hoc notandū ꝙ quibuſdā viſum fuit ꝙ etiā pctm̄ veniale nō
remitteret̄ quo ad culpā poſt vitā. ⁊ huius opi. videt̄ fuiſſe Hu
go. quē etiam videtur ſeq̇ Archi. dicit eñ ꝙ pprie ⁊ vere nullū
pctm̄ dimittitur in purgatorio. ſed dicit̄ dimitti. qꝛ eo punito
lꝫ miſericorditer ſtatim trāſit ad gloriam. ⁊ ſic pctm̄ in purgato
rio dimittit̄. i. punitur ſufficiēter ita ꝙ eius pena habet finem.
Sed iſti ſm do. Car. nō bū dicūt. qꝛ ſi pctm̄ veniale nō remitti
tur quo ad culpā. ſed quo ad penā tm̄. tunc nō eſſet differētia in
ter venialia ⁊ mortalia q̄ in hac vita remiſſa ſunt quo ad culpā
qꝛ pena illis mortalibꝰ debita ſoluit̄ etiam in purgatorio ſicut
etiā debita venialibꝰ. vñ iſta opi. oīno eſt irrationabilis. ⁊ ideo
dicendū eſt iuxta ꝯcluſionē poſitā cū ſctis dicētibus ꝯtrariū. vi
delꝫ ꝙ culpa venialis in eo q̇ cum grā diſcedit poſt hāc vitā di-
mittit̄ p ignem purgatoriū. ⁊ ex eo videt̄ ꝙ grauet̄ culpa. qꝛ p
impenitentiā moriētis in veniali differt̄ a gloria ad quam ſi pe
nituiſſet ante mortē cōuolaſſet. tū non ppter hoc gloria differt̄
qꝛ in purgatorio ſimul cū ſolutiōe pene pōt culpa remitti: ⁊ ita
tm̄ retardat ſola pena quantū culpa ⁊ pena ſimul. Vel dicendū
ſm Pe. de palu. in. iiij. ꝙ ſi non vult penitere de veniali in mor
te. non oportet dicere ꝙ ppter hoc peccet mortaliter. Non eñ
plus tenetur homo expiare pctm̄ q̄ vitare veniale. ſed exiſtens
ſine mortali non tenetur neceſſario vitare veniale. ergo nec ex-
piare hoc vel illo modo. Et cum dicitur euꝫ ex hoc incurrere re
tardationem glorie. rūdet. Pe. de palu. non obſtare cū velle re
tardationem glorie de ſe non ſit pctm̄ mortale. nam ad tempus
ab amico ſeparari velle non eſt contra amicitiā. vnde etiā velle
longā vitam ſi homo aduertat ꝙ ppter hoc retardat̄ a vita btā
nō eſt ppter hoc pctm̄ mortale. nō eñ oīs caro cupit diſſolui p
pter maius meritū ſed etiā qꝛ non vult ſpoliari. naturaliter eñ
fugit mortē. ſed velle perpetuari in hac vita nō eſt ſine mortali.
velle aūt plongari in hac vita propter delitias non eſt ſine ve-
5 niali. ¶ † Glo. ſup verbo blaſphemia. No. j. ex gl. qualiter q̇s
6 peccat in patrē ⁊ filiū ⁊ ſpiritūſanctū. ¶ † No. ij. ꝙ ille ex con-
temptu peccare dicit̄ q̇ obſtinate pſeuerat in malo. ⁊ ſic cū qua
dam vilipenſione contumaciter pſeuerat in malo. qđ not. Sup
eo aūt qđ tangit hic gl. clarius dic ꝙ tangat illud qđ xp̄s ī euā
gelio dixit. Qui peccat in patrē remittet̄ ei. q̇ peccat in filiū re
mittet̄ ei: q̇ aūt peccat in ſpiritū ſanctū nec hic nec in futuro ſe-
culo remittetur ei. Eſt ergo ſenſus precedētis autoritatis: qui
peccat in patrem. i. p imbecillitatem. vel in filiū p ignorantiam
de facili remittit̄ ei. q̇ aūt peccat in ſpm̄ ſanctū. i. ex certa indu-
ſtria ⁊ malicia non remittetur ei. quaſi dicat non ita facile. pctā
eñ que cōmittuntur ex certa ſcientia vel induſtria maiora ſunt
q̄ que ex infirmitate vel ignorantia cōmittunt̄. ⁊ ideo nō ita le
ui ſatiſfactione dimittunt̄. ſ. ea. di. §. criminis. maiora eñ pctā
maioribus indigent penitētijs. de peni. di. j. deus. Et ſic intelli
gitur qđ hic dicitur ſm Hug. Alij dicūt ⁊ pbabilius ſm quoſ-
dam ꝙ p illam autoritatē dñs voluit diſtinguere mortalia a ve
nialibus. nā illa que ſola infirmitate vel ignorantia cōmittunt̄
⁊ ſic in patrē ⁊ filiū ſunt venialia. vt. ſ. ea. di. §. criminis. q̄ aūt p
7 malitiā ⁊ ſic in ſpm̄ ſanctū ſunt mortalia ſm Archi. ¶ † Que
ro quot ſunt ſpecies pcti in ſpm̄ ſanctū. Dic ꝙ ſunt ſex ſpecies
ſeu modi. Primꝰ eſt quodlibet pctm̄ mortale ex deliberatione
cōmiſſum. Scđo obſtinatio mentis indurate in malicia p quaꝫ
fit homo impenitēs ⁊ ita pſumptuoſus vt in dei mīa nimis cō-
fidens iuſtitiā dei euacuare, cōtendit dicēs oīa pctā eſſe impu-
nita. Tertius deſperatio. ſi q̇s penitus diffidit de bonitate dei
credens ſuam maliciaꝫ dei mīam excedere ſicut fecit Cayn. ma
ior eſt iniquitas mea q̄ vt veniā merear. Quartus cognite ve-
ritatis impugnatio per inuidentiam: ſcꝫ cum quis facibus inui
die accenſus poſt cognitā veritatē impugnat eaꝫ ſicut faciebāt
illi qui detrahebāt operi eius dicētes eſſe Beelzebub. ſic pec-
cant multi poſt cognitam veritatē ex certa ſciētia cōtēnētes ca
nones ⁊ negantes eos eſſe conditos autoritate ſpūs ſancti. vt
xxv. q. j. c. violatores. Sic peccāt multi heretici detrahentes fi-
dei catholice ⁊ etiam negantes veritatem xp̄i cognitam ab eis
Quintus quodlibet pctm̄ mortale in quo q̇s moritur. j. q. j. ita
2 ¶†Quero an ſit differētia inter oratoriū ⁊ eccleſiā.Sol.dic ꝙ
hic ſumuntur ꝓ eodē.vñ idē eſt oratoriū qđ eccleſia. ad hoc de im
mu.eccle.c.eccleſie.ſm Archi.dic vt dixi.ſ.ea.di.c. non opꝫ.ij.
3 †Quid ſi magiſter docet ſcholares in eccleſia ⁊ ibi ſcholarē ver
berat:nō peccat.q2 leuis caſtigatio magiſtris eſt ꝑmiſſa.xxiij.
q.v.c.i.ī fi.de ſen.excō.c.j.⁊.c.cū volūtate.⁊ qđ legitime factū
eſt penā nō meretur.l.gracchus.C.de adulterijs. de reſti.ſpo.c.
audita.nec iniuriā vel vim facit qui vtitur iure ſuo.de elec.in.c.
eccleſia vulterana.xiiij.q.j.c.qđ debetur.ꝯtriū determinat Archi.
ꝙ in eccleſia nō dꝫ niſi orare vt hic patet.⁊.ſ.c.pxi.ad hoc.xvj.
q.vij.c.⁊ hoc dicimus.ergo aliter faciēs q̄ orās peccat. ⁊ ſic ta
lis peccare dicitur ſm Archi.
1 ☞Pudicitia quid ſit.
2 Predicatores boni quare equiparentur turturi.

**PUdicus.** Hic ponit magiſter ſeptimuz ca-
pituluz apoſtolice regule.No.ſa-
cerdotē debere eſſe pudicū vt hic.⁊ hoc in moribus ⁊
1 verbis apparere ſolet.†Et ſubijcit do.Car. ꝙ pudi-
citia vt etiā dicit Aug.eſt q̄dā virtus anime ad caſtitatez ſpe-
cialiter ꝑtinēs.qđ ita declarat.ſ.Tho.in.ij.ij.q.clj.ar.iij. ꝙ no
men pudicitie a pudore ſumitur in quo verecūdia ſignificatur. ⁊ iō
oportet ꝙ pudicitia ꝓprie ſit circa illa de qbus magis homies
verecūdantur.Maxime aūt verecūdantur homines de actibus ve-
nereis vt Aug.dicit in.xiiij.de ciuitate dei.intantum ꝙ etiam
cōcubitus cōiugalis qui honeſtate nuptiarū decoratur verecun-
dia nō caret.Et hoc iō:q2 motus genitaliuz membrorū nō ſub
ditur rōnis imperio ſicut motus aliorū membrorū.Verecūdatur
autē homo nō ſolū de illa cōmixtione venerea ſed etiā de qbuſ-
dam ſignis eius: vt Philoſophus dicit.ij.rhetorice. ⁊ iō pudi
citia attēditur circa ſigna venereorū ſicut ſunt aſpectus oſcula ⁊
tactus.⁊ q2 hec magis ſolēt dep̄hēdi.iō pudicitia magis reſpi-
cit illa exteriora ſigna.caſtitas autē magis ipſam venereā cō-
mixtionē.⁊ iō pudicitia ad caſtitatē ordinatur.hec.ſ.Tho. Con
uenienter ergo poſtq̄ ſupius ſtatutū eſt ſacerdotē debere eſſe ca
ſtum.xxxij.di.vſqꝫ ad.xxxvj.nūc oſtenditur debere eſſe pudicū.vt
tam in re q̄ in ſignis tam interius q̄ exterius mundicia decore
2 tur caſtitatis. ¶†Quero quare boni p̄dicatores equiparentur
turturi.So.dic ꝙ equiparantur ꝑpter pudicitiā quā debēt in oi-
bus obſeruare.nā turtur eſt animal pudicum:mortuo enim ſo
cio nunq̄ alteri copulatur ſm Archi.Glo.j.querit quid tractet
magiſter in hoc.§.glo.ij.querit quare predicatores equiparen
tur genis ſponſe. ¶Diſtin.xliij.
1 ☞Qualem oportet eſſe epiſcopum.
2 Prelati ſcientia in quibus conſiſtat.
3 Predicator quid attendere debeat.

1 **DEbet etiam.** †No.hoc generale
preceptum huius
tex. ꝙ oportet ep̄m eſſe doctorem.Vñ do.Car.
cōprehendēdo dicta Archi.dicit circa iſtā cō-
cluſionē duo faciēda.Primo cōcluſionē fun-
dādā.Scđo oſtēdēdū q̄lis debeat eſſe doctrīa
⁊ p̄dicatio doctoris eccleſiaſtici.Circa primū ꝯcluſio p̄dicta eſt
apoſtoli.j.ad Coꝝ.iij.dicētis. Oportet eū.ſ.ep̄m eſſe amplectē-
tem eū q ſm doctrinā eſt fidelis.i.veracē ſermonē vt potens ſit
in doctrina ſana.i.vera exhortari cōſentiētes doctrine:⁊ eos q
ꝯdicūt.ſ.doctrine ſane.arguere.i. arguēdo ſiue argumētando
cōuincere.Hec enim ſunt duo opa ſapiētis ſm Philoſophū:
ſcꝫ nō mētiri de qbus nouit.⁊ mētiētem manifeſtare poſſe.Hec
etiā cōcluſio ꝓbatur rōne ſm do. Vlricū in ſumma ſua ex ſeptem
nominibus qbus in ſacro eloquio noīatur ſacerdos , vt colligitur
etiā exp̄ſſe ex.c.ſequēti.Dicitur eniꝫ Paſtor.Canis.Propheta.
Angelus.Veritas ſacerdotij veteris teſtamēti.⁊ habēs locum
apoſtolorū.⁊ Preco.Si paſtor eſt nō eſt mercēnarius q veniē-
te lupo fugit.Jo.x.dum ſe ſub ſilentio abſcondit. vñ dicit Gre
go.in paſtorali.xv.c.Si canis eſt latratu dꝫ lupos arcere a gre
gibus ne cadat ſup eos illud opprobriū Eſaie.lvij.Canes mu-
ti nō valentes latrare. Si ꝓpheta eſt myſteria ſcripture popu-
lis exponere dꝫ.hoc enim eſt ꝓphetare.j.Coꝝ.xiiij.nā ille pro-
phetat qui exponit ſcripturas que multis occulte ſunt homini
bus ad edificationē ⁊c.Vñ dicit Grego.in ſupradicto.c. ⁊ ha-
betur in.c.ſequēti.Prophete in ſacro eloquio nonnunq̄ docto
res appellantur.Ceterū ſi ſacerdos angelus eſt dꝫ nūtiare popu
lo eloquia dei.vñ Malach.ij.Labia ſacerdotis cuſtodiūt ſciē-
tiam:⁊ legeꝫ requirēt de ore eius:quia angelus dñi exercituum
eſt.Ceterū ſi veritatē hꝫ figuratiui ſacerdotij veteris teſtamēti
debet habere tintinnabula in veſtibus.Exo.xxviij.c. Grego-
rius vbi.ſ.vt vite viam cū lingue ſonitu.ipſa quoqꝫ ſacerdo-
tis opera clamēt.veſtimēta enim ſacerdotis ſunt recta opa ſm
illud Pſal.Sacerdotes tui induantur iuſtitia vt audiatur ſoni
tus ⁊ nō moriatur.Gregorius.q2 irā ꝯtra ſe occulti iudicis eri
git ſi ſine p̄dicationis ſonitu incedit.Preterea ſi loca apoſtolo
rum obtinent:debēt ſpiritū ſanctū accepiſſe in igne ⁊ linguis.
Grego.q2 nimirum quos ſpirituſſanctus repleuerit de ſe pro-
tinus loquentes facit.Act.ij.Repleti ſunt oēs ſpirituſancto ⁊
ceperunt loqui.Amplius ſi ſacerdos preco eſt inceſſanter cla-
mare dꝫ.Eſaie.lviij.clama ne ceſſes.Gregorius vbi.ſ. Pre-
conis officiū ſuſcipit quiſquis ad ſacerdotiū accedens vt ante
aduentū iudicis clamādo gradiatur.Sacerdos ergo ſi p̄dica-
tiōis officij ſit inſcius quā clamoris vocē daturus eſt preco mu-
2 tus.hoc de primo.†Circa ſcđm notandū ꝙ ſciētia p̄lati dꝫ cō-
ſiſtere in diſciplina correctionis ⁊ in ſermone p̄dicatiōis.vt de
hoc no.lxxxvj.di.in ſumma.Circa que tria ſunt cōſiderāda vt
etiā hic ponit Archi.Primū intus charitas ardēs.Scđm ex-
terius vita lucēs.Tertiū ipſe actus predicationis. De primo
apoſtol⁹.j.Coꝝ.xiij.Si linguis hominū loquar ⁊ angeloꝝ ⁊c.
De ſcđo Grego.cuius vita deſpicitur ⁊c.iij.q.vij.§.idē teſtatur.
in fi.Talis enim ⁊ ſi bene p̄dicet alijs deū inſtruit qualiter de-
beat eū cōdēnare.xl.di.c.multi.Hic p̄latus a Hiero. cōparatur
cineri per quē lixiuium doctrine tranſiens lauat ⁊ nō lauatur.
lxxxiij.di.§.vltimo.Et ab Augu.canali lapideo per qđ aqua
doctrine trāſit ad corda ſubditorū in qbus aliqñ facit fructū.j.
q.j.c.ſi fuerit.⁊ a Nicolao papa faci ardēti q̄ ſeipſam cōſumēs
alijs lucē miniſtrat.xv.q.ſi.c.vlti.Et iſtorū culpa ⁊ pena habetur
in canonica Petri.ij.petri.j.⁊.ij. Hi ſunt fontes ſine aqua.ij.
q.vij.c.ſequuti.in fi.de pe.di.ij.c.ſi enim.v.petrus quoqꝫ. ⁊ di
cit Gre.ſcire debēt p̄lati ⁊c.xi.q.iij.c.p̄cipue. ⁊ ꝯ iſtos optime
3 inuehit Hiero.xxxv.di.c.eccleſie.† Circa dictū p̄dicationis vt
etiā hic dicit Archi.quattuor ſunt attendēda.tempus: locus:
qualitas audiētiū:modus ⁊ qualitas dicēdoꝝ. Tēpus vt non
ſemp loquatur ſed tēporibus oportunis. Si enim ſemp plue-
ret terra nunq̄ germinaret.vñ ꝯ tales ī Leuit.xv.c.vir q fluxū
ſeminis patitur immūdus erit.ad hoc.j.c.j.in fi.Locus eſt at-
tendēdus.q2 in eccleſia p̄dicatio fieri dꝫ vel in alio loco publi-
co ⁊ honeſto.nō aūt in priuatis domibus:ne ex hoc naſcatur ſu-
ſpitio hereſis.xxxij.di.c.ſiquis. Precipitur Moyſi Exo.xxiij.vt
ſacerdos īgrediēs tabernaculū tintinnabulis ambiatur. vt.j.
c.j.v.hinc Moyſi.ac ſi dicat.cū ingreditur tabernaculum pote
rit ambiri tintinnabulis.i.poterit p̄dicare. Item Salomon
Prouer.v.In plateis aquā tuā diuide.⁊ in euāgelio Matth.
x.qđ in aure auditis p̄dicate ſup tecta.Nō tñ negāduz eſt quin
aliqua verba bona poſſint ab aliquo dici in alijs locis ī modū
ſimplicis exhortationis:lꝫ nō in modū p̄dicatiōis.extra de he
re.c.cū ex iniūcto.circa prin. Qualitas audiētiū.modus ⁊ qua
litas dicēdoꝝ cōſiderāda ſunt.ſapiētibus enim ⁊ dignis pōt p̄
dicator alta ⁊ ꝓfunda p̄dicare.ſimplicibus vero ⁊ non capaci-
bus pauca plana ⁊ vtilia.De primo apoſtolus.j. Coꝝ.j. Sa-
pientiā loquamur iter ꝑfectos.De ſcđo idē apoſtolus.j. Coꝝ.
iij.Lac potū dedi vobis nō eſcā.xxxv.q.iij.c.qđ ſcripſi. ad idē
j.c.j.v.ꝓuidēdū.⁊.j.e.§.qualiter.xlix.di.c.vlti.in princ.viij.q.
j.c.oportet.Hoc etiā docuit dñs Matth.v.cū in plano turbis
⁊ in monte loquebatur diſcipulis.grāmaticā aūt ⁊ iouis fabu
lam p̄dicare nō dꝫ.lxxxvj.di.c.cū multis.Itē hereticis ſecreta
fidei nō ſunt exponēda:niſi forte appareret exp̄ſſe ꝙ vellēt cor-
rigi.⁊ tūc cū magna cautela.j.eo.c.in mādatis.Si ꝯ iſtaꝫ for-
mā mādati aliqs p̄dicat locuꝫ hꝫ qđ dicitur.j.eo.in.§. pariter.ſi
vo ſm hāc docuerit ⁊ ſubditi noluerint emēdari munde erunt
manus eius a ſanguine ſubditoꝝ.vt Act.xx.⁊.j.eo.c.epheſijs.
ſm Ray.dicā.lxxxvj.di.c.j.in prin.¶Opp. ꝯ dictū Hiero. q
vr velle ꝙ p̄dicatio q̄ ſit exemplo tātū ſine voce nihil proſit. q2
dicit ꝙ taciturnitas tantum nocet quātum illa prodeſt. ſi ergo

Universidad del Rosario Archivo Histórico

tantum nocet. ſequitur ꝙ vna ſine altera nihil ꝓdeſt. qð eſt fal=
ſuʒ: q2 immo predicatio que fit etiã ſolo exemplo aliqd ꝓdeſt.
So. Hug. fatetur ↄ̄riuʒ. ꝛ ad tex. hic rñdet ꝙ dʒ intelligi nega=
tiue vt ſit ſenſus. ꝙ p̄dicatio q̃ fit exẽplis nõ tm̃ ꝓdeſt q̃tũ illa
q̃ fit verbo ꝛ exemplo. plus enim ꝓdeſſet ſi doceret voce ꝛ exem
plo q̃ ſi exẽplo tm̃. Ad hoc facit in ſimili qð habetur. ij. q. vij. c.
ſancta quippe ruſticitas. ſm Hug. Lau. ꝛ Archi. ℂ Gloſ. ſup
verbo diſcretus continuat diſtinctionẽ. deinde ponit quid de=
beat conſiderare qui predicat. in fi. glo.

1 ☞ Nomine rectoris comprehenditur etiam epiſcopus.
2 Reſpondens incaute poteſt ſuam reſponſionem reuocare tan=
q̃ erroneam.
3 Prelatus dicitur improuidus qui timore humani auxilij nõ
reprehendit vitam ſubditorum.
4 Prelatus pretermittens correctionem ſubditorum ſciẽter aſ=
ſimilatur cani muto.
5 Superior omittens punire delicta videtur ſubditis ſuis pro=
mittere ſecuritatem delictorum: ꝛ ipſos ad delicta inuitare.
Venetorum ſtatutum diminuens penam laici vulnerantis cle
ricum reducendo ad quinqʒ ſolidos non valet.
6 Taciturnitas an ſit peccatum. 7.
7 Prelatorum negligentia ꝛ taciturnitas dãnabilis.
8 Prelatus deſiſtens a correctione ſubditorum equiparatur mor
tuo q̃tum ad articulum correctionis.
9 Prelatus malus quibus aſſimiletur.
10 Conſentire in matrimonium an cenſeatur ille qui admittit ſe
deſponſari ꝛ aliter verbis non exprimat conſenſum: ꝛ que ſint
de ſubſtantia ꝛ ſolẽnitate probatoria matrimonij.
11 Ordo ſcripture an ꝛ quando ſeruari debeat.
12 Precedentia an declarent ſequentia: ꝛ quid econtra.

**Sit rector.** Prelati eccleſie non debẽt ta=
cere proferenda: nec debẽt ta=
cenda proferre. h. d. Glo. i. aliter diuidit. Iſte text.
in oĩ ſuo verbo eſt pro notabili ſignandus. tñ aliqua
1 p̃ticularia magis annotabo. ℂ † Not. ꝙ appellatione rectoris
cõprehẽdit̃ etiã ep̃s. ꝓbat text. q2 inducit̃ qualiter ipſi debẽt in
ſtruere populum. ℂ Not. ꝙ duo ↄ̄ria diuerſis reſpectibus poſ=
ſunt eſſe bona. Naʒ tacere ꝛ loqui contraria ſunt ꝛ vtrunqʒ eſt
bonum diuerſo reſpectu. vide. s̄. xxxij. diſtin. c. hoſpitiolum.
2 ℂ † No. ꝙ ex incauta rñſione quis labitur in errorem. ꝛ ſic vr̃ ꝙ
ille q incaute rñdet poſſet ſuã rñſionẽ reuocare tanq̃ erroneaʒ.
de quo in. c. ex litteris. de diuor. in. c. dudum. per Imo. de ↄ̄uer.
3 cõiug. ℂ † No. ꝙ p̄latus dicit̃ improuidus qui timore huma=
ni auxilij non reprehendit vitia ſubditoꝝ. Facit. c. ſed ꝛ illud.
4 ꝛ. c. ſi. xlv. di. xj. q. iij. c. quattuor. ꝛ. c. nolite. ℂ † Not. ꝙ p̄latus
pretermittens correctioneʒ ſubditoꝝ ſcienter aſſimilatur cani
muto. Not. ex tex. iuncta glo. in verbo rurſus. ꝙ p̄dicatores in=
ſtruunt vt in doctrina ſua debeant autoritatibus dicta ſua fun
dare: poſtea ipſas autoritates latius explanare. ℂ Not. ꝙ ap=
5 pellatione prophetarum poſſunt etiam includi doc. ℂ † Not.
ꝙ ſuperior omittẽs delicta punire vr̃ promittere ſubditis ſuis
ſecuritatem delictoruʒ ꝛ ipſos ad delicta inuitare. qð no. q2 fa
cit ↄ̄ ſtatutũ Venetoꝝ qð diminuit penã laici vulnerantis cle=
ricũ reducẽdo ad qnqʒ ſolidos. Et vr̃ ꝙ nõ valeat. cũ ꝓpter mi
nimam pene impoſitionẽ vr̃ ſecuritatẽ cõcedere laicis iniuriã=
tibus clericis. No. ꝙ ſacerdos põt appellari angelus. ℂ Not.
6 ꝙ ſacerdotes debent habere officiũ preconis. † Ideo infert hic
do. Car. An taciturnitas ſit peccatuʒ[a]. Et dicit ꝙ ſit peccatũ.
probat preſens capitulũ vbi ad hoc ponunt̃. ix. autoritates. vñ
ponit ipſe cõcluſiões. Prima eſt tacere aliqñ eſt peccatũ. Iſta
ↄ̄cluſio pʒ primo per illud pſalmiſte. Qm̃ tacui inueterauerũt
oſſa mea. Inueteratio aũt oſſiũ defectus eſt fortitudinis ſpiri=
tualis. defectus autẽ fortitudinis non eſt niſi per peccatuʒ. er=
go tacere eſt peccatũ. Scðo Eccl'ſ. iij. dr̃. Eſt tempus tacendi.
tempus loquẽdi. ſi ergo tacet homo cũ dʒ loq peccatuʒ eſt. Vñ
dicit Grego. Immoderatũ ſilentium ſi culpa non eſſet ꝓphe=
ta nõ dixiſſet. ve mihi q2 tacui. ℂ Scða cõcluſio. taciturnitas
predicationis ſiue doctrine in prelato ſiue in eo qui habet curã
animarũ in tempore debito quo p̄dicare tenet̃ eſt peccatũ mor=
tale. vt no. ij. q. j. c. ſi peccauerit. pʒ etiã iſta ↄ̄cluſio per multas
autoritates in preſenti capitulo poſitas. Idẽ per illud Ezech.
xxxiij. Si ſpeculator viderit gladiũ venientẽ ꝛ nõ ſonuerit buc
cina ꝛ populus ſe nõ cuſtodierit veneritqʒ gladius ꝛ tulerit de
eis animã ille in iniquitate ſua mortuus eſt: ſanguinẽ autẽ de
manu ſpeculatoris requiram. ℂ Scðo ꝓbat̃ iſta concluſio ſic.
Qui tenet̃ mederi egroto ꝛ ſubtrahit vſum medicaminis pec=
cat mortaliter. Vñ Greg. Plerũqʒ nimis taciti dum quorun=
dã mala reſpiciũt ꝛ cũ ſilentio linguã premũt quaſi cõſpectis
vulneribus vſus medicaminis ſubtrahũt. ꝛ eo mortis autores
fiunt quo vitiũ qð poterãt eijcere loquendo voluerũt. ergo ta=
citurnitas in talibus eſt peccatũ mortale. q eniʒ autor eſt mor=
tis ſpiritualis in alio: in ſe ↄ̄hit mortẽ. Iſta cõcluſio expſſe ha=
betur. j. in. c. diſpenſatio. eadẽ di. Tñ diſcreta taciturnitas non
eſt peccatũ ſed virtus. vñ ſubijcit do. Car. Certe rectoris prudẽ
tia dʒ ponderare tempus tacẽdi ꝛ tempus loquẽdi. Eccl'ſ. iij.
c. q2 qui incõſideratus eſt ad loquendũ ſentiet malũ. Prouer.
xiij. ꝛ Eccleſiaſti. xxviij. dicit̃. Attẽde ne labaris ĩ lingua. Et
ſicut labitur qui tacẽda loquit̃ ſic indiſcrete ꝛ dãnabiliter agit
dũ loquẽda tacet. Prouer. vij. Vide ne ſileas noli timere. Qui
enim tacet corrigẽda: audiat ꝓphetã dicẽtẽ Ezech. iij. Si non
annũciaueris impio iniquitatẽ nec locutus fueris ei vt auerta
tur a via ſua impia ꝛ viuat: ipſe in iniquitate ſua morieť: ſan=
guinẽ vero eius de manu tua requirã. q2 vt dicit Augu. j. de ci=
uita. dei. c. ix. ad hoc ſunt ꝓpoſiti in eccleſijs vt non parcãt ad
7 obiurganda peccata. † No. cõtra negligẽtiã ꝛ taciturnitatẽ dã
nabileʒ p̄latoꝝ ↄ̄ malos ꝛ impios homines ſepe ponit ꝙ aliqñ
rectores ceſſent loqui ꝛ obiurgare peccata. ſ. q2 timent odia ho
minũ ꝛ eoꝝ gratiã amittere magis q̃ dei. di. xlv. c. ſʒ illud. ꝛ. c.
vlti. di. l. c. ſiqs diaconus. ſm Hug. De qbus dicit Augu. j. de
ciui. dei. c. ix. Plerũqʒ ab eis docẽdis ꝛ admonẽdis aliqñ etiã
obiurgãdis ꝛ corripiendis male diſſimulat̃. vel q2 laboris pi=
get. vel cũ os eoꝝ corã qbus verecũdamur offendere: vel eorum
inimicitias deuitamus ne impediãt vel noceãt in temporali=
8 bus qui a culpa nõ ſunt immunes. ℂ † No. ꝙ p̄latus deſiſtẽs a
correctione ſubditoꝝ equiparat̃ mortuo q̃tũ ad articulũ corre
ctionis. Not. quid ſignificẽt indumẽta ſacerdotalia que repre=
ſentant iuſtitiã ꝛ bona opera que debent ſacerdotes habere et
exercere. hec ſunt notata vſqʒ ad ver. ſed cum rector. ℂ Not. ꝙ
incauta locutio inducit audiẽtes in errorẽ. No. ex ver. ꝓuiden
dum. ꝙ p̄dicatores ita ꝛ alij doctrinã tradẽtes debẽt cauere ne
etiã recta nimie ꝛ inordinate proferãt. No. etiam ibi q2 ſepe. ꝙ
etiã bene dicta ex nimia loquacitate apud auditores inania ꝛ
leuia reddunt̃. Que no. ↄ̄ iſtã inanẽ iactãtiã que p ſtudia Ita=
lie inoleuit allegãdi quotas doctoꝝ infinitas. de pe. diſt. iij. c.
adhuc inſtant. No. ibi quippe audiẽtiũ. ꝙ ita dʒ auditorib⁹ do
ctrina tradi vt a iure percepta cogitatione poſſint ꝑguſtare ꝛ ꝑ
cipere. ꝛ hoc eſt qð ponderauit glo. s̄. ea. di. in ſumma. ℂ Not.
ꝙ ſal qñqʒ ponit̃ ꝓ ſapiẽtia. Not. vitioſum eſſe plus velle ſcire
q̃ ſit neceſſe. No. ꝙ vniuerſitas lʒ ↄ̄ſiſtat ex pluribus particula
ribus: tñ reputat̃ ꝓ vna. ꝛ ſic eſt hic per glo. de reſcrip. c. cum in
multis. lib. vj. No. ꝙ importunitas moderata virtute non eſt
9 reprehenſibilis. ℂ † Quero qbus aſſimilat̃ malus p̄lat⁹. Sol.
dic ꝙ aſſimilat̃ cani muto. vt hic. Iteʒ dr̃ leo rugiẽs ꝛ quaſi lu=
pus rapiens p̄dam. vt Ezechiel. xxij. c. Itẽ dicit̃ ſe nõ oues pa=
ſcere ſed querere ꝓpria lucra. viij. q. j. c. ſunt quidã. ꝛ ꝓpter hoc
ei aufert̃ poteſtas. Ezechie. xxxiij. Itẽ dicit̃ lupus. lxxxiij. diſ.
c. nihil. Itẽ dicit̃ canis impudicus ꝓpter defectũ regiminis. ij.
q. vij. c. q nec. Itẽ dicit̃ coruus ꝓpter peccatoꝝ nigridineʒ. ij. q.
vij. c. nõ oĩs. Itẽ dicit̃ porcus. ĩ. ea. diſ. c. in mãdatis. Itẽ dicit̃
ruſticus a ruſticitate. xlvj. di. in prin. Itẽ dicit̃ gallus gallina=
cius id eſt capo. q2 ſicut ille non cantat ſic nec malus prelatus.
Itẽ nõ generat. Itẽ nõ pugnat pro ſubditis. vt hic. Iteʒ ſicut
ille nõ vocat gallinas: ita iſte non vacat pauperes. Item ſicut
capo ſe impinguat: ita ꝛ malus p̄latus. ꝛ ideo cum querat epu
las ꝛ diuitias ponet̃ in ignẽ inferni. Eſaie. xxij. ꝛ. xxxv. diſt. c.
ecce. ſm Archi. qui etiã aſſimilat malos prelatos ſimulacris
gentiliũ in ſex. q2 lutei lignei lapidei erei argẽtei aurei. Gl. ſup
verbo terga. colligit arg. ꝙ tacẽs dicit̃ fugere. Itẽ ꝙ tacens ha
bet̃ ꝓ cõtumace. ℂ In fi. gl. alibi tacẽs habet̃ ꝓ ↄ̄dicente. ff. de
procu. l. filius. §. mutus. Alibi ponit̃ ꝓ cõſentiente. liiij. di. c. ſi
ſeruus. Alibi plus operat̃ taciturnitas q̃ expreſſus conſenſus.
C. ad velle. fine. ſm Archi. ℂ Gl. in verbo neſcit. recita ꝑ ↄ̄riũ
ꝙ interrogationes nõ debẽt fieri in criminibus in preiudiciũ
alterius. Gl. ſoluit dupliciter. ꝛ ſic lʒ in foro penitẽtiali de his
circũſtãtijs interrogãdũ ſit ꝛ debeat rñderi. q2 illud cũ oĩ puri=
tate ꝛ ſolo deo agit̃. ſecus in foro iudiciali. facit in ſimili gloſ.
in. c. ſignificaſti. de homicidio. il. ij. ꝛ gl. in. c. ſicut. de ſen. excõ.
10 ꝛ ad hoc notabilis eſt hec gl. ℂ † Glo. in verbo opera. recita ꝑ
qõnem. An admittens ſe deſponſari ꝛ aliter verbis non expri=
mat cõſenſum dicat̃ cõſentire in matrimonium. Glo. arguit ꝑ
ꝛ ↄ̄. Sup iſto dubio ↄ̄rie reperiunt̃ opiniones. ꝛ de hoc per gl. ꝛ
doc. i. d. c. tue. tenẽt ꝙ in valẽte fari regrant̃ verba. ꝛ hoc ſtatuit
eccleſia ne tantũ ſacramẽtũ ſit in incerto. immo ſi ↄ̄rium dicere
tur ſequeretur abſurditas. ſ. ſi vir ꝛ mulier eundo per viaʒ ſibi
inuicem placerẽt ꝛ in corde ſuo deſiderarent ꝙ eſſent cõiuges:
ſequeret̃ ꝙ inter eos eſſet matrimoniũ. qð eſſet valde periculo=
ſum. Hoſti. tenet ↄ̄riũ ꝛ allegat. ff. de leg. iij. l. mutu. Pro eius
opinione facit qð no. de deſpon. impu. c. ſi. vbi etiam Vin. hoc
tenet. lʒ alleget de ſpon. c. cũ apud. Eſt tñ neceſſe ſm ipſum ꝙ
inter eos agat̃ actus ad finẽ vt matrimonium cõtrahat̃. xxvij.
q. j. ſufficit.

a ℂ Taciturnitas an ſit peccatuʒ. Taciturnitas ĩ dicẽdis, ꝛ locutio in tacendis eſt peccatũ. ſʒ beatũ Tho. ij. ij. qõ. lxxiij. ar. j.



q. j. ſufficit. ꝛ ꝙ ſuũ cõſenſum aliquo ſigno exprimat. ar. ff. mã.
l. j. Archi. hic reducit opiniones ad cõcordiam per vnam viã.
ꝙ aut aliqua verba apta ad ſponſalia vel matrimoniũ preceſ
ſerũt tñ nõ habuerũt effectũ. poſtea interuenit factũ: ꝛ tũc ꝓce=
dit opinio ꝙ facto matrimoniũ ↄ̄hat̃. Et iſta fuit opinio Io.
ꝛ Ber. de cõiug. ſer. c. ſi. Aut nõ preceſſerunt verba aliqua vel
tractatus per quem notitia aliqua perueniret ad ipſos de ma=
trimonio ↄ̄hendo. ꝛ tũc ꝓcedat opinio que habet ꝙ matrimo
nium non cõtrahitur ſine verbis. Et per hãc viam reduci poſ=
ſunt opiniones ad concordiam. Ad qð facit qð notatur. xxx.
q. v. c. nec iſtud. ſm Archi. hic. Et iſta vr̃ eſſe q̃ſi eadẽ qõ Lap.
in ſua allega. lvij. d. An. in. d. c. tue. in hac materia dicit ꝙ ſi q̃=
rimus que ſint de ſubſtantia matrimonij. ꝛ tũc dicẽdũ eſt ꝙ ſo=
lus cõſenſus legitimus facit matrimoniũ. ꝛ iſte eſt tex. in. c. cũ
locis. de ſpon. ℂ Si querimus que ſunt de ſolẽnitate probato=
ria ipſius matrimonij aut certificatoria. ꝛ cõſiderare debemus
fineʒ ſm quẽ q̃rimus ꝓbationẽ. q2 aut eccleſia intẽdit verã fidẽ
de matrimonio. ꝛ tũc q̃tũ ad iſtũ finẽ neceſſaria ſunt verba: q2
actus facti nõ põt dare ita verã certitudinẽ matrimonij. ꝛ iſtud
eſt qð voluit tex. in. d. c. tue. ibi dũ dicit. ſed neceſſaria ſunt ver=
ba ꝛc. Aut eccleſia intẽdit habere fidẽ fictam in matrimonio. ꝛ
tũc requirit̃ act⁹ q fictionẽ inducat: nec regrunt̃ verba. vñ ſi pa=
ter ↄ̄hit ꝓ filia matrimoniũ exiſtẽte p̄ſente ꝛ nihil dicẽte valet
matrimoniũ. vt no. gl. in. d. c. tue. ꝛ in. c. j. de deſpon. ipu. li. vj.
ꝛ ſic cõcludit̃ ꝙ quoad ſubſtãtiã matrimonij verba nõ ſunt ne=
ceſſaria. lʒ ſint neceſſaria quoad ſolẽnitatẽ ꝛ ꝓbationẽ veram.
Nec ob. rõ ꝙ eccleſia nõ poſſit certificari aliter q̃ per verba. q2
immo põt etiã factis certificari. Nec ob. abſurdũ ꝙ ipſe indu=
cit. q2 fateor ꝙ nõ eſt matrimoniũ. lʒ duo in animo ſuo habeãt
cõſenſum: q2 ad hoc vt detur cõſenſus volẽtiũ ↄ̄here requirit̃ ꝙ
vtrinqʒ ſit certificatũ de alterius animo. al's lʒ vnus in mẽte cõ
ſentiat nõ data certificatiõe vnius ꝛ alterius hic nõ eſt dare cõ
ſenſum q requirit̃ in matrimonio. q2 ↄ̄ſenſus dr̃. i. ſimul ſenſus
vt pʒ. xv. di. c. j. in fi. ꝛ iſte eſſet diuiſus. Nec ob. ſi dicat̃ ꝙ matri
moniũ ſpirituale cõtrahat̃ ꝑ verba. de elec. c. q2 ꝓpter. Et ſic vr̃
ꝙ etiã in carnali verba ſunt de ſubſtãtia. cũ licitũ ſit de vno ad
aliud arguere. de trãſla. p̄la. c. inter corporalia. q2 lʒ quoad ali
qua ſit eqparatio: nõ tñ quoad oĩa. nã multe ſunt differẽtie ĩter
matrimoniũ ſpirituale ꝛ carnale. vt notãt doc. in. d. c. tue. Non
ergo ꝓcedit argumẽtũ a ſimili de vno quoad aliud. ex quo dat̃
diſſimilitudo ſm eũ. ꝛ ita Io. an. in. c. ex litteris. il. j. de ſpon. et
diſputaui in. d. c. tue. Glo. ſup verbo ſemiuerbius. q̃rit de intel
lectu huius verbi. In fi. gl. dicit Archi. ꝙ idẽ eſt qð ſeminans
verba vel abbreuiãs verba. ꝛ eodẽ mõ in ſequentia appellatur
Paulus ſermologus. ſpina enim grece ꝛ logos ſermo ſm Ar=
11 chi. ꝛ Hug. † Glo. in verbo ꝑmiſit. colligit notabile ex tex. ꝛ al
legat ↄ̄cor. In fi. gl. Cõtrarium allegat Archi. ff. de ſolu. l. nec
enim. vbi dr̃ ꝙ de ordine ſcripture nõ ſemp eſt curãduʒ. Gemi.
hic dicit. Si q̃rit̃ an ordo ſcripture attẽdat̃ ſi ↄ̄ſtat de mẽte mã
dãtis ꝙ velit vel nolit ordinẽ ſeruare. tũc ſequẽda erit volũtas
mãdãtis q2 forma mãdati eſt ſeruãda. de reſcrip. c. cuʒ dilecta.
Si vero eſt dubiũ de mẽte. ꝛ tũc ſi ſeruaret̃ ordo ſcripture ſurge
ret repugnãtia iuris. ꝛ tũc ordo ſcripture nõ attẽdit̃. vt ẽ caſus
de reſcrip. c. cãm. Si vero nõ ſurgeret repugnãtia iuris. ꝛ tunc
aut ordo eſt poſitus alternatiue. ꝛ tũc nõ eſt ſeruãdus. de reſcri.
c. cũ inter ceteras. Aut eſt poſitus ſine alternatiua. ꝛ tunc ꝓce=
dit glo. in. c. cũ dilecta. de reſcrip. que cõcludit ꝙ aut plura mã
dant̃ eque p̄ncipal'r. ꝛ tũc nõ attẽdit̃ ordo ſcripture. q2 plus nõ
vr̃ ponderaſſe vnũ q̃ alterũ. Aut nõ veniũt ambo principal'r
ſʒ vnũ venit ꝑ prius põderatũ. ꝛ tũc ſeruãdus eſt ordo. ꝛ iſte eſt
caſus in. d. c. cũ dilecta. Nã ibi fuit mãdatũ vt p̄mo fieret reſti=
tutio q ꝑ prius debeat fieri cũ ſpoliat⁹ añ oĩa debeat reſtitui. et
ſic ꝑ pri⁹ vr̃ mãdata reſtitutio. ꝛ ita ꝓcedit illud. c. ꝛ. c. piſanis.
de reſti. ſpo. Faciũt q no. Bar. i. l. ij. §. prius. ff. de vulg. ꝛ pup.
ſubſti. ꝛ in. d. l. nec eniʒ. ff. de ſolu. Io. an. in. c. ſtatuimus. de ma
12 iori. ꝛ obe. † Aliud vult gl. ꝙ qñqʒ p̄cedẽtia declarãt ſequẽtia.
qñqʒ ecõtra vt late poſui in. c. ſcðo regris. de ap. Bar. i. l. talis
ſcriptura. ff. de leg. i. Tñ magis p̄cedẽtia videnť ad ſequẽtia de
clarãda inferre q̃ econtra Bar. in. l. quiſquis. ff. de leg. iij. in. l.
auia. ff. de condi. ꝛ demon. niſi ex aliqua cã inducatur cõtrariũ.
vt in iuribus preallegatis habetur.

1 ☞ Fidei ſecreta manifeſtari non debent obſtinatis contra
fidem.
2 Reus iniuſte conuentus poteſt licite actorem illudere.
3 Origenes dicta allegari poſſunt.
4 Verbum dei qñ ſeminandum ſit etiam peccatoribus.

**In mandatis.** Secreta fidei noſtre fide
libus lʒ in aliquo delin=
quant ſunt manifeſtanda: infidelibus ꝛ obſtinatis oc=
cultanda ſunt. ꝛ arrogantes prudenter eludẽdi ſunt. h. d. Not.
ꝙ nõ eſt ſemp cõicãdũ cũ quocũqʒ in aſſumptiõe cibi. vide. xj.
q. iij. c. ad mẽſam. No. ꝙ cõcluſiões fidei catholice dicunt̃ mar=
garite. No. ꝙ heretici equiparant̃ porcis. Not. ꝙ dictio in ſtat
qñqʒ negatiue vt pʒ ibi inculpabilis. No. arg. ꝙ qs põt habere
1 vnã virtutẽ ꝛ carere alia. qð eſt verũ ſed nõ perfecte. † No. etiã
non eſſe manifeſtandum ſecreta noſtre fidei obſtinatis contra
2 fidem. † No. ꝙ licitũ eſt rñdẽdo illudere interrogãtẽ qñ iniuſte
interrogat. Et facit tex. ꝙ licitũ ſit reo iniuſte conuẽto illudere
actorẽ ꝛ per exceptiões duplices verboꝝ vel alia circũlocutiõe.
vide gl. xxxiij. q. ij. c. dñs noſter. ꝛ gl. in verbo malignantiũ. in
c. cupientes. §. j. de elec. lib. vj. No. ꝙ nõ rñdẽs qõnibus ꝛ argu
mentis ſibi factis nõ dʒ dici tacere ex ignorãtia. ſʒ põt ex alia
3 cauſa tacere. † Et ex iſto tex. habetis ꝙ dicta Origenis pñt al=
4 legari. de quo tex. declarat in. c. ſancta. xv. di. † Itẽ habetis ex
hoc tex. ꝙ verbũ dei eſt ſeminandũ etiã peccatoribus qñ eoruʒ
vel aliquorũ correctio non deſperat̃. Ideo ſubijcit Car. dicẽdũ
ꝙ nõ omnibus peccatoribus denegãdũ eſt verbũ dei. ſed obſti=
natis in malitia vel errore. Circa quos etiã dicit ꝙ habẽda eſt
cõſideratio talis ꝙ aut ipſi ſunt ſoli. ꝛ obſeruãdũ eſt qð p̄cepit.
Nolite ſanctuʒ ꝛc. Si vero alij ſunt fideles aſtantes. iuxta for=
mam dñi ꝓcedẽdũ eſt. Quẽ cũ p̄dicaret iudeis. nõ eſt putãdum
ſanctum dediſſe canibus. Non enim eis dedit q capere nõ pote
rant ꝛ ſimul aderãt. quos ꝓpter alioꝝ immũditiã negligi non
oportebat. Et cũ eũ tentatores interrogabãt. rñdebat vt quid
cõtradicerẽt nõ haberẽt. ꝛ vt illi q poterãt capere ex illoꝝ occa
ſione multa vtiliter audirẽt. Alexãder in. iij. Glo. in verbo vir
tutum. recita per ↄ̄rium ꝙ quis nõ põt habere virtuteʒ q caret
fide. xxiiij. q. j. c. vbi. cuius ↄ̄rium innuit iſte tex. Glo. ſoluit nõ
eſſe verũ. ꝛ ſic videt̃ ꝙ iſte tex. nõ bene dicat. In fi. glo. Tu dic
ꝙ ſi bene tex. cõſideraт̃ nõ colligit̃ ex eo ꝙ iſti deſit fides. immo
is de quo loquit̃ tex. hic hʒ fidei virtutẽ. per hoc qð dicit ꝙ hʒ
bonam virtutem. ſed illi tantum deeſt aliquid qð ad perfectio
nem fidei eſt. ſicut eſt videre in idiota vel ſimplici qui oẽs arti=
culos in plenũ inueſtigare nõ nouit. talis eſt iuſtus iuſtitia vir
tutis. Et qð dicit̃ j. c. vbi ſana. hic in gl. allegato. ſ. ꝙ vbi ſana
fides non eſt: ibi iuſtitia eſſe non poteſt. verũ eſt recte ſana ꝛ ca=
tholica talis. ſ. qua ſit aliquis iuſtus. ꝛ talem ſanam fidem to=
taliter habent illi qui lʒ ad plenuʒ non nouerint oẽs articulos
fidei vel omnia credẽda. tñ al's ſunt boni ꝛ iuſti. vnde dicit hic
Lau. ꝙ nõ colligit̃ hic illud qð dicit Io. ſed potius contra. ſ. ꝙ
habeat fidem. ſed qð augeri dʒ. iuxta illud. auge in nobis fidẽ.
ꝛ illud. adiuua incredulitatẽ meã. de pe. di. ij. c. dum ſctãm. ſm
Lau. ꝛ Archi. Glo. in verbo ſecretioribus. recita per ↄ̄rium ꝙ
immo ſit licitum loqui iſtis infidelibus. ꝛ etiã monere ꝛ p̄dica=
re de fide. Glo. ſoluit diſtinguẽdo. Glo. in verbo prudenter. q̃=
rit qualiter ſunt iſti illudendi. In fi. glo. dicit Archi. ꝙ ſʒ hoc
dʒ intelligi illud dictũ. hereticum hominem poſt primã corre=
ctionem deuita. vt intelligat̃ quoad ſecretoria fidei vt hic. ꝛ de
hoc no. xxiiij. q. iij. c. dixit. ſm Lau. ꝛ Archi. Glo. ſuper verbo
penuria. recita per ↄ̄rium ꝙ non ſit licitum habere certamen cũ
hereticis. vt. xxiiij. q. iij. c. cum quibus. tex. hic dicit ↄ̄rium. gl.
ſol. in fi. glo. Tu dic ꝙ ibi loquitur de hereticis dãnatis. hic lo
quitur de occultis. vel dic ꝙ cũ eis poſſumus loqui q̃tuʒ ad ea
que poſſunt eos reducere ad fidem. vt not. in. c. proxi. In alijs
autem non ſic loquitur. vt in contrario.

**Sumus.** Non debẽt deſiſtere prelati a pre=
dicatione: lʒ admoniti ꝙ eorũ ꝑ=
ſequutores querant eos interficere. h. d. ℂ No. pri=
mo quid important iſta verba. facias ſm ꝓprie vo=
luntatis tue beneplacitum. ℂ No. ꝙ lʒ quis artet̃ ad aliqd fa=
ciendũ: nõ tñ artat̃ niſi inquãtũ ipſe põt: ꝛ inquãtũ vires ſue ex
tendunt̃. ℂ No. meritoriũ eſſe ſuſtinere paſſionem ꝛ penaʒ pro
defenſione iuſtitie. Recita per cõtrarium glo. ſi. in ea formatũ.
ꝛ ſolue vt in ea. In fi. glo. Contra determinationem glo. oppo
nit Archi. de. c. ad abolendam. §. illos quoqʒ. de here. vbi di=
cit ꝙ lʒ corrigantur: nihilominus nõ parcitur eis. Sol. dic aut
quis ſemel cõmiſit hereſim ꝛ ipſe ſe corrigit. ꝛ tũc procedit gl.
hic. Aut ipſe poſt talem correctionem labitur iterato in here=
ſim. ꝛ tunc lʒ iterum peniteat nihilominus traditur curie ſecu=
lari. ꝛ ſic procedit ↄ̄rium. ꝛ ſic hodie approbatur. de here. c. ſup
eo. lib. vj. ſm Archi.

1 ☞ Prelatus qñ dicatur occidere correctioneʒ omittendo.

**Epheſijs.** Culpabilis eſt prelatus ex pec=
catis ſubditorum qui negligit
illa corrigere. No. ꝙ qñqʒ ſanguis ponit̃ ꝓ peccato.
ad hoc de offi. or. c. irrefragabili. vt in euãgelio Io.
Qui non ex ſanguinibus ꝛc. ℂ No. ꝙ licitũ eſt arguere a ↄ̄rio
littere. ad hoc. xxv. di. c. qualis. ℂ No. ex tex. iũcta gl. i verbo
mundus. ꝙ valet arg. a deſtructiõe antecedentis. facit. c. ſane.
xxiiij. q. ij. No. ꝙ prelato non imputantur peccata ſubditoruʒ

Universidad del Rosario Archivo Histórico

quādo per eū nō ſtetit quin coꝛrigerentur. ¶ Not. ꝙ taciturni⸗
tas pꝛelati circa coꝛrectionē ſubditoꝝ inducit peccatū moꝛtale
etiā alijs animabus. Not. ar. ꝙ in moꝛte illata alicui quoad
animaꝫ clericus non efficitur irregularis irregularitate diſpē
ſabili ab alio ꝙ̄ a papa. nā hic dicit ꝙ pꝛelatus occidit ſubdi⸗
tos nō coꝛrigendo eos. tñ planū eſt ꝙ nō incurrit irregularita⸗
tem quā incurrerent ex interfectiōe que fieret coꝛpoꝛi alicuius.
¶ Oppo. ꝙ nō ſufficit pꝛelato ſolum redarguere peccata ſub⸗
ditoꝝ: ſꝫ dꝫ eos punire ſi ſe non coꝛrigāt. vt no. xxiiij. q. iij. cuꝫ
quidā. cuius ꝯ̄riū innuit hic tex. So. dic ꝙ ꝯ̄riū ꝓcedit qñ p̄la⸗
tus vltra monitionē pōt etiā coꝛripere ⁊ punire. hic aūt loquit̃
qñ non pōt eos punire: ⁊ tunc ſufficit ſola monitio. ⁊ ita ꝓcedit
iſte tex. ſm Archi. ¶ Oppo. ꝙ iſti pꝛelati etiā ex taciturnitate
non debent dici participes delictoꝝ. q2 nemo inquinatur alie
no peccato. xxxij. q. v. c. ita. de conſe. di. iiij. c. queris. Sol. dic ſi
queris an ꝓpter peccatū cōmiſſum a ſubditis p̄latus immedia
te incurrat penā ex tali delicto. dicēdū ē ꝙ nō. ita ꝓcedit ꝯ̄riū.
Si querit̃ an p̄latus puniatur pꝛopter negligentiā commiſſaꝫ
per eū in non coꝛrigendo delicta ſubditoꝝ. ⁊ dicendū eſt ꝙ ſic. ⁊
ita pꝛocedat iſte tex. nā ipſe tunc nō punitur ex delicto ſubdito
rum. ſed ex pꝛopꝛio pꝛopter negligentiā non coꝛrigendo ſubdi
1 tos ſuos ſm Hug. ⁊ Archi. hic. † Quero quomodo p̄latus di⸗
cat̃ occidere coꝛrectionē omittēdo. Sol. dic ꝙ occidit eos q2 fa⸗
cit perire fame cibi ſpiritualis. viij. q. j. c. audacter. mō ſubtra⸗
cto cibo ſpirituali occidunt̃ quoad animā. ſic eniꝫ dr̃ qs homi⸗
cida: q2 ſubtrahit cibū ſpiritualē anime. ſicut ille q ſubtrahit ci
buꝫ coꝛpoꝛalē coꝛpoꝛi. vt. lxxxvj. di. c. paſce. ſm Hug. ⁊ Archi.
Gl. i verbo nūtiare. recita ꝑ ꝯ̄riū ꝙ dato ꝙ ꝑ eū nō ſtet qn act⁹
fiat: tñ illi imputat̃. Gl. allegat ꝓ ⁊ cōtra ⁊ ſoluit. In fi. gl. De
hac materia pleniſſime per Archi. xvij. q. j. §. ſi ergo.

**Diſpenſatio.** Grauiter peccant pꝛelati coꝛrectionem ſubditoꝛuꝫ
ſub ſilentio omittentes ⁊ ſimiliter ſubditi ſaluberri⸗
ma monita deſpiciētes. h. d. No. ꝙ p̄lati dicunt̃ eſſe
ſub diſtributiōe mādatoꝝ dei. ¶ No. arg. ꝙ p̄latus negligens
circa mandata ſibi iniuncta rōne ſue adminiſtrationis peccat
moꝛtaliter. ¶ No. ꝙ ſubditi peccant nō obediēdo ſuperioꝛi in
his in quibus parere debent. de hoc de ma. ⁊ obe. c. ij.

**Pariter.** Catholicis indignis ⁊ nō intelligentibus
non ſunt ſecreta reuelanda. h. d. Not. ꝙ illa
dicit̃ incauta loquutio que fit ſine pꝛemeditatione ⁊ delibera⸗
tione ꝓcedente. Not. ꝙ verbum ſemel emiſſum eſt irreuocabile.
Not. ꝙ ille dicitur alteri adulari qui verba cōponit ⁊ expꝛimit
ad finē tm̄ vt illi cōplaceat cui loquitur. No. vitioſum dici qui
docet non ad finē vt auditoꝛes addiſcant ſed vt alijs appareat
ſe ſcire.

¶ Diſtin. xliiij.

1 ☞ Gula an ſit peccatum moꝛtale.
2 Clericus an teneatur ad reſtitutionem fructuuꝫ quos cōſumit
in malos vſus.
3 Clericus beneficiatus non dicens hoꝛas an teneatur ad reſtitu
tionem fructuum quos percepit ex beneficio.
4 Clericus beneficiatus ſi cōuertit in malos vſus fruct⁹ beneficij:
an teneatur ad reſtitutionem fructuum illoꝛum male expēſoꝝ:
⁊ de ſuo pauperibus tantūdem erogare.
5 Et quid de clericis ſecularibus habentibus beneficia regula⸗
ria in cōmendā: ſi tales abutunt̃ fructibus beneficij cōmēdati.
an teneantur ad reſtitutionem.
6 Diſpenſare an vr̃ ſuperioꝛ ſi faciat actum ſcienter cū inhabili
ſuper cuius inhabilitate diſpenſare poteſt: ⁊ an diſpenſatio in
inferioꝛe requirat cauſe cognitionem.

**Eam autem.** Hic intitulat̃. xliiij.
di. Gl. ſumme conti⸗
nuat diſtinctionē ⁊ ponit qd in ea tractet̃. No.
ex iſto tex. ꝙ tā voꝛacitas ꝙ̄ ebꝛietas inter opa
1 tenebꝛarū cōputātur. † Ideo infert hic Car. ꝙ
gula eſt peccatū moꝛtale. qđ ꝓbat̃ ſic. Gula de⸗
notat quēlibet inoꝛdinatū appetitū edēdi ⁊ bibēdi. vñ Hugo
de ſancto Victoꝛe diffiniēs Gulā dicit. Gula eſt inoꝛdinatus
amoꝛ edendi. dicit̃ aūt appetitus inoꝛdinatus eo ꝙ recedit ab
oꝛdine rōnis in quo bonū virtutis moꝛalis cōſiſtit. Et ſꝫ hoc
aliqd dr̃ eſſe peccatū qđ ab oꝛdine rōnis recedit. vel eo ꝙ cōtra
riat̃ virtuti. ſed gula eſt tale: ergo gula eſt peccatū. ¶ Scđa cō
cluſio. Gula qñqꝫ eſt peccatū moꝛtale: qñqꝫ tm̄ veniale[a]. Que
cōcluſio ꝙ̄tum ad pꝛimā partē pꝫ ex tex. pꝛeſenti. vbi habetur.
Ventris nāqꝫ ingluuies ad luxuriā facile ꝓuocat ⁊ omne opus
bonū diſſoluit. Itē. ī. Hinc etiā Nabuzardā pꝛinceps cocoꝛuꝫ
muros hieruſalē deſtruxiſſe legit̃: q2 venter cui multitudo coco
rum deſeruit edificia virtutum ad ſolum redigit ſed opus bo⸗
num non diſſoluit̃: nec edificia virtutum ad ſolum rediguntur
niſi per peccatum moꝛtale. Scđa pars concluſionis. ꝙ qñqꝫ ſit

[a] ¶ Gula qñqꝫ eſt peccatū moꝛtale: qñqꝫ veniale. De gula dr̃ Pꝛouer. c. xxi. Qui diligit epulas i egeſtate erit: q amat vinū ⁊ pinguia non ditabitur.

veniale peccatū. pꝫ ex illo dicto Auguſtini in ſermone de pur⸗
gatoꝛio. Pꝛo cui⁹ ꝯcluſionis plenioꝛi intelligētia eſt ꝯſideran⸗
dum iuxta. ſ. Tho. in. ij. ij. q. cxlviij. ar. ij. Q2 ſicut dictuꝫ eſt vi⸗
tium gule ꝓpꝛie ꝯſiſtit in ꝯcupiſcētia inoꝛdinata. Oꝛdo aūt rō
nis oꝛdinātis ꝯcupiſcētiā dupliciter tolli pōt. Uno mō ꝙ̄tum
ad ea q ſunt ad finē. ꝓut. ſ. nō ſunt ita cōmēſurata vt ſint ꝓpoꝛ
tionata fini. Alio mō ꝙ̄tuꝫ ad ipſum finē. ꝓut. ſ. ꝯcupiſcentia
auertit hominē a fine debito. Si ergo inoꝛdinatio cōcupiſcen⸗
tie accipiat̃ in gula ſm auerſionē a fine vltimo. ſic gula erit pec
catum moꝛtale. qđ quidē ꝯtingit qñ delectationi gule inheret
homo tanꝙ̄ fini ꝓpter quē deū ꝯtēnit. paratus. ſ. ꝯ̄ ꝓcepta age
re vt hmōi delectatiōes aſſequat̃. Si vero in vitio gule intelli
gat̃ inoꝛdinatio ꝯcupiſcētie tm̄ ſm ea que ſunt ad fineꝫ: vtpote
in ieiunijs ꝯcupiſcit delectatiōes ciboꝝ. nō tñ ꝙ ꝓpter hoc ali⸗
quid faceret ꝯ̄ legē dei eſt peccatuꝫ veniale. Et ſi dicat̃. cui ꝓce⸗
pto decalogi ꝯ̄riat̃. Rñdet poſt ſanctū Tho. Car. q nō oīa pec
cata moꝛtalia directe ꝯ̄riant̃ ꝓceptis decalogi. ſꝫ ſolū illa que
iniuſtitiā ꝯtinēt: q2 ꝓcepta decalogi ſpecialiter pertinēt ad iu⸗
ſtitiā ⁊ partes eius. ꝯcoꝛ. Alexā. de ales in. ij. qui rñdens ad qō
nem cui ꝓcepto opponit̃ peccatū gule. dicit ꝙ peccatū gule pōt
cōſiderari duplr̃. vel rōne ſui. vel rōne eoꝝ q ad ipſum ꝯſequū⸗
tur. Si pꝛimo mō tūc nō opponit̃ alicui ꝓcepto: nec opꝫ. q2 gu⸗
la deoꝛdinat hominē quo ad ſeipſum. ꝓcepta aūt data ſunt vt
oꝛdinet̃ homo ad alterū: videlꝫ ad deū vl̃ ad ꝓximū. in ipſis em̄
pꝛohibet̃ manifeſta iniuria dei vl̃ ꝓximi q debebat puniri. qm̄
vt dicit. ſ. Tho. vitiū gule hꝫ ꝙ ſit moꝛtale inquantū auertit a
fine vltimo. ⁊ ſm hoc per quādā reductionē opponit̃ ꝓcepto de
ſanctificatiōe ſabbati. ⁊ iſtud eſt qđ cōſiderat Alexāder vbi. ꝯ̄.
dicens ꝙ ſi gule vitiū ꝯſideret̃ ratione eoꝛum que ad ipſum ſe⸗
quuntur. que ſunt luxuria ⁊ ocium carnale. Quantum ad pꝛi⸗
mum pꝛohibetur in illo pꝛecepto ſecunde tabule de mechia vel
cōcupiſcentia vxoꝛis. Quantum ad ocium carnale opponitur
tertio pꝛecepto pꝛime tabule vbi pꝛecipitur quies ſpiritualis.
2 hec ille. ¶ † Quero q2 tex. hic in fi. dicit ꝙ clericus de rebus ec⸗
cle. viuere debet: non autem luxuriari. An clerici teneantur ad
reſtitutionem illoꝛum fructuuꝫ quos cōſumunt in malos vſus
non facientes ſeruitium eccleſie vel facientes ſed nō debito mō
cuꝫ ſint in peccato moꝛtali. Et vr̃ ꝙ ſic. q2 bona ſunt oblata ec⸗
cleſijs a fidelibus ob cām: videlꝫ vt oꝛet̃ ꝓ eis ⁊ vt inde paupes
alant̃. q ergo hoc nō facit ⁊ fructus recipit infidelis eſt ⁊ neca⸗
toꝛ. niſi aliqua iuſta cā ſit impediēs. xiij. q. ij. c. qui oblationes.
⁊. c. ſequenti. Item q2 cōmittit furtum: q2 ſubtrahit amico qđ
obtulit. ſ. xp̄o cui ſeruitium ſuum obtulit ⁊ cuius pauperibus
bona debentur. Cōmittit etiā ſacrilegiū. q2 defraudat totaꝫ ec
cleſiam cui deberet pꝛodeſſe in oꝛationibus. vt in pꝛealleg. c. ob
lationes. ⁊. xij. q. ij. c. gloꝛia. ſm Ray. in ſumma. de apoſta. in
fi. §. ſed nunquid ⁊c. ⁊ ibi aliter non ſoluit. ſed dicit Archi. hic
ꝙ hec queſtio ſoluitur hic ex dicto Hieronymi. ſ. ꝙ tenētur ad
reſtitutionem. cum dicat permiſſum victum de bonis altaris ⁊
3 non abuſum ſm Archi. † Not. incidēter ex iſto ꝙ ſi clericus ꝑ⸗
cipit fructus ⁊ non dicit officium ex ſua negligentia. ꝙ iſte tene
tur ad reſtitutionem fructuum. Et pꝛo iſto dicto optime facit
iſte tex. de offi. oꝛdi. c. ſi canonici. §. ſcituri. lib. vj. Et hoc etiam
videtur voluiſſe Hoſti. in ti. de reſcrip. §. que poſſunt obijci. v̇.
ſi tamen queris. ⁊ ſeq. ⁊ Hoſti. poſt Inno. in. c. poſtulaſti. de re
ſcrip. Ioan. de ligna. in cle. gratie. de reſcrip. Archi. in. c. ſtatu
tum. §. aſſeſſoꝛem. de reſcrip. lib. vi. Tñ doctoꝛes inculcant hic
tres notabiles articulos ſimul. ¶ Pꝛimus vtrum clericus nō
deſeruiens diuinis officijs: puta non dicens hoꝛas ſi ſit benefi⸗
ciatus fructuum quos percepit ex beneficio. Et circa hunc arti
culum videtis doctoꝛes hic pꝛeallegatos tenere ꝙ ſic. ⁊ ita etiā
tenet Ioan. cal. in. c. j. de cele. miſ. Pe. de anch. ⁊ Domi. in. d.
c. ſi. de reſcrip. lib. vj. per illum text. Sed do. Car. ⁊ Panoꝛ. in
d. c. j. tenent contrarium. q2 hoc non reperitur iure cautuꝫ. Itē
ſpeciales modi inuenti ſunt priuandi clericos beneficio ꝓpter
non reſidentiam. c. ex tue. ⁊ per totum de cle. non reſi. ⁊ quis re⸗
gulariter non eſt iure ſuo pꝛiuatus niſi in caſibus expꝛeſſis. gl.
in. c. ſi. de iurepatronatus. Nec reperitur hec pena in dictis iu⸗
ribus appoſita. quinimmo in. c. ex parte. e. ti. ille fuerat abſens
⁊ non deſeruierat per multos annos beneficio ⁊ monet̃ ad ſer⸗
uiendum ⁊ reſidendum. non tamē ad reſtitutionem fructuum
cogitur. qđ non omiſiſſet ille tex. ſi ad hoc clericus poſſet cogi.
Nec ob. qđ dicit̃ de. d. c. ſi. ꝙ pꝛopter officium datur beneficiū:
q2 non pꝛocedit ſimpliciter. immo beneficium ⁊ fructus eccleſie
dantur vt clerici inde honeſte viuant. c. cū ab omni. de vi. ⁊ ho.
cle. c. ij. de ꝓbē. c. ſi qs in clero. vij. q. j. Et lꝫ nō ſeruierit in dicen
do hoꝛas eccleſie vel deo. tñ ſeruiuit vniuerſali eccleſie vel deo
dādo ꝑſonā ſuā oꝛdini clericali ⁊ militie clericali ſe aſcribēdo.
c. frequens. cū ſimilibus. liiij. di. Inter has varietates dicereꝫ
eſſe diſtinguēdū. aut eſt ꝯſuetudo de nō reſidēdo vel deſeruiē⸗
do: ⁊ tunc



do: ⁊ tunc dummodo dicat officiū clericus beneficiatus eſt ex⸗
cuſatus ſi non reſidet in eccleſia. glo. eſt cōiter appꝛobata in. c.
gratia. de reſcrip. lib. vj. ⁊ in. c. cū oēs. ponit̃ ꝑ ſcribētes de cō⸗
ſti. Nō tñ excuſaret cōſuetudo vt nullū penitus officiū debeat
dicere cū habeat beneficiū. q2 eſſet cōtra cultū diuinū ⁊ neruuꝫ
eccleſiaſtice diſcipline. c. j. ⁊ in. c. cū venerabilis. de cōſue. ⁊ fa⸗
cit qđ no. Car. poſt alios in cle. ij. de cele. miſ. ⁊ Panoꝛ. ⁊ Pet.
de ancha. in. c. j. eo. tit. vbi dicūt ꝙ papa lꝫ poſſit diſpēſare ſup
modo ⁊ qualitate dicendi officiū nō tñ pōt diſpenſare ꝙ ex to⸗
to quis nullum officium dicere teneatur. q2 ille cultus dicendi
officium eſt de iure diuino. ergo multominus poterit hoc con⸗
ſuetudo. Panoꝛ. aliter vr̃ loqui in. c. extirpande. §. qui vero. de
pꝛeben. ⁊ in vno notanda eſt eius ſn̄ia dum vult ꝙ vbi cōſuetu
do de non reſidendo inciperet eccleſie illi in qua tenetur reſide⸗
re eſſe dānoſa: puta q2 negligerētur in ea diuina. tunc talis cō
ſuetudo non excuſaret beneficiatū ſi nō reſideret. faciūt que ha⸗
bentur in. c. j. de cōſue. in. c. ſuggeſtū. de decimis. Aut nulla eſt
cōſuetudo que excuſet a deſeruiendo vel ſaltem dicēdo officiū.
⁊ tunc aut clericus beneficiatus nullum penitus dicit officiū ⁊
contēnit dicere: ⁊ tunc quaſi ſe alienū faciens a clero. c. j. lij. diſ.
teneatur ad reſtitutionē fructuū. Et ita in ſimili videbimus in
ſuſpenſo. in. c. contumaces. l. di. ꝙ non recuperat fructus tēpo⸗
re ſuſpenſionis ſibi retētos ab eccleſia. Aut vero clericus nō di
cit officiū nō ex cōtemptu ſeruitij vt in membꝛo ꝓcedenti. ſꝫ ex
negligētia vel laſciuia: ⁊ tūc aut modico tp̄e ceſſauit. ⁊ dꝫ cogi
ad dicēdū illas hoꝛas neglectas ſiue illud officiū ī quo deficit.
⁊ pꝛo peccato moꝛtali qđ cōmiſit eſt ſibi penitētia iniungēda. ⁊
quotiēs omiſit dicere totiens moꝛtaliter peccauit. ⁊ ita Archi.
⁊ poſt eū do. Car. in. c. eleutherius. xcj. di. Aut multuꝫ ceſſauit
in dicēdo officiū ⁊ multis peccatis moꝛtalibus hoc modo non
dicendo officium ſe implicauit. ⁊ tunc cū difficile eſſet dicere de
nouo ⁊ ſupplere tantam intermiſſionē circa hoꝛas ⁊ officiū. cuꝫ
etiaꝫ omni die habebit dicere officiū. confeſſoꝛ debebit ſibi īpo⸗
nere aliā penitentiam pecuniariam cōuertendā in vtilitatē ec⸗
cleſie cui debuit ſeruire vel aliā ꝓut ei videbit̃. ita Car. in cle. j.
in. x. q. de cele. miſ. Ibi Imo. ſequitur. ⁊ do. Ant. in. d. c. j. circa
fi. Et ſic his caſibus nō tenebit̃ ad reſtituēdū fructus ꝓciſe. ſed
ad reiterādū officiū vel ad aliā penitētiā ꝓut elegerit cōfeſſoꝛ.
4 ¶ † Secundus articulus inculcatur in dictis doctoꝝ hic ⁊ in
locis pꝛeallegatis. An ſi clericus beneficiatus in malos vſus
cōuertat fructus beneficij cū debuiſſet cōuertiſſe in vſus paupe
rum vt hoc tex. teneatur ad reſtitutionē fructuū illoꝛū male ex⸗
penſoꝝ ⁊ de ſuo pauperibus tantūdē erogare. ⁊ vt videtis doc.
pꝛeallegati Hoſti. ⁊ Archi. ⁊ Domi. volunt ꝙ ſic. ⁊ etiā tenet
Archi. i. c. ep̄s. il. j. xij. q. j. vbi dixit ꝙ etiā heredes clerici tenē⸗
tur. ⁊ ꝓbatur per multa iura. c. qm̄ quicquid. xvi. q. j. c. j. xij. q.
iij. c. illi. i pꝛin. ⁊. §. j. c. ſi. xj. q. j. c. paſtoꝛ. ⁊. c. clericus. j. q. ij. ⁊. c.
ep̄s. ⁊ ꝑ totā illā. q. xij. q. j. ⁊ facit gloſ. in. c. res eccleſie. xij. q. j. q
dixit ꝙ clerici de bonis eccleſie id ſolū hñt qđ ꝓbabili rōne cō⸗
ſumunt. Facit tex. noſter hic. ⁊ in. c. clericus victuꝫ. xcj. diſt. Et
pñt allegari glo. que volunt ꝙ clericus ſit ſimplex vſuarius in
fructibus beneficij. in. c. fin. de pigno. in. c. q2 nos. de teſta. in. c.
cum olim. de re. ꝑmu. in. c. ſi. de pecu. cle. ⁊ tenet Bal. in. l. j. C.
de epi. ⁊ cle. Sal. in. l. non plures. C. de ſaroſan. eccl. Inn. in. c.
indecoꝛū. de eta. ⁊ quali. vbi dixit ꝙ clericus pōt cōuertere fru
ctus beneficij ſui in victū ⁊ veſtitū ſuū ⁊ neceſſitates eccleſie. et
id qđ ſupereſt dꝫ pauperibus erogare: ergo nō ſimpliciter facit
fructus ſuos. Idem tenet Pe. de anch. ⁊ Gemi. in. c. pꝛeſenti.
de offi. oꝛdi. lib. vj. Et facit etiā ratio. nā fructus coꝛreſpectiuā
tur ad dominium. ⁊ ad eum ſpectant fructus ad quem ſpectat
dominium. c. grauis. de reſti. ſpo. ⁊ ibi habetur. c. cum ſuper. et
c. cum dilectus. de cauſa poſ. ⁊ pꝛopꝛie. l. certum. C. de rei ven.
niſi quatenus ex alio reſpectu ex iuris vel hominis diſpoſitiōe
alteri debeantur. vt toto ti. ff. ⁊. C. de vſufru. ⁊. ff. de vſu ⁊ habi.
⁊. ff. de vſufru. lega. Et tunc eatenus debent quatenus ex vi re⸗
ſeruationis a iure vel ab homine alteri facte cōpꝛehendit̃ non
in plus. l. antiquit⁹. ⁊. l. ſi. C. de vſufru. ⁊. l. ij. ⁊. l. ſicut in annos.
ff. queād. vſufru. amit. ⁊ ꝑ totū illū titulū. Sed dñiū rerū eccle⸗
ſie eſt xp̄i. vt vult gl. in. c. cā. de ver. ſig. c. cū ex eo. de elec. lib. vj.
facit. c. qui xp̄i. ⁊. c. q abſtulerit. xij. q. ij. c. cōuenioꝛ. xxiij. q. viij.
Uel ſaltē ſunt in dñio vniuerſalis eccleſie cuius adminiſtratoꝛ
eſt papa. Uel vt dixit Inn. in. d. c. cū ſup. ſolū vſus ad honeſte
viuendū ⁊ diſtribuendū ſuperflua in pauperes eſt in fructibus
clerico reſeruatis vt dꝫ per pꝛedicta. Ergo ad dñium fructuum
beneficioꝝ ſpectabit vel ad xp̄ꝫ vel ad papam. nō aūt ad ſingu
los beneficiatos. Ipſi enim ſolū ſunt adminiſtratoꝛes ⁊ ꝓcura
toꝛes vt dixit tex. in. c. ſi. xij. q. j. ⁊ in. c. ij. de dona. cū ſimilibus.
dicam in. c. expedit. xij. q. j. poſt Car. ergo ſi in malos vſus fru⸗
ctus expēdunt̃ clerici quaſi de re aliqua male diſponāt tenebū
tur ad reſtitutionē vel pape qui eſt pater pauperū. vel paupib⁹

iuxta oꝛdinationē cūfeſſoꝛis ſui qui hoc audit loco. Tñ ⁊ cōis
cōſuetudo de qua teſtatur gl. in. d. c. pꝛeſenti. hꝫ ꝙ clericus fru⸗
ctus beneficioꝛū ſuoꝛū facit ſuos. ⁊ ſic equiparant̃ vſufructua⸗
rijs. ⁊ tenet glo. in. c. duo ſunt genera. xij. q. j. ⁊ facit text. in. c. j.
de cle. nō reſi. lib. vj. in. c. ceterū. ⁊ ibi Car. ⁊ Imo. de dona. in. c.
ad hec. ⁊ in. c. relatū. de teſta. ⁊ in. c. ꝑuenit. ⁊ ibi etiā Car. de fi⸗
deiuſ. tenēt Hoſt. Car. ⁊ Imo. in. d. c. ſi. de pecu. cle. ⁊ ad funda
menta ꝯ̄ria ſi vultis rñdere. Dicēdum eſt ꝙ varij ſtatus eccleſie
ſunt conſiderādi. Nā clarū eſt ꝙ dñia rerū iure gentiū inducta
⁊ poſtea multiplicatis gētibus melius diſtincta cū a pꝛincipio
omnia eſſent cōia. c. ius naturale. j. di. Poſtea vſu gentiuꝫ bo⸗
na occupanti ſunt ꝯceſſa. c. ius autē gentiuꝫ. j. di. l. ex hoc iure.
ff. de iuſti. ⁊ iur. Poſtea iure poſitiuo ſcripto ⁊ nō ſcripto dñia ⁊
modi querendi melius diſtincti. vt inſti. de re. diui. per totum.
⁊. l. traditionibus. C. de pac. Ita euenit in eccleſia dei ſicut fue
rat pꝛius in pꝛincipio generis humani. Pꝛimo enim oīa bona
xp̄ianoꝝ erant cōia: q2 ponebant ad pedes apoſtoloꝛū ꝓtia bo
noꝝ. Et ſic omnia ꝯmuniter omnibus fidelib⁹ cōmunicabant̃.
c. dilectiſſimis. xij. q. j. ⁊. d. c. illi. Poſtea fuit facta diſtinctio
bonoꝝ: ⁊ ceperūt ſinguli per ſe ſua retinere. ſunt manifeſte. xij.
q. j. Dehinc facta eſt diſtinctio xp̄ianoꝛū iter clericos ⁊ laicos.
⁊ laici ſeparatim habitabant ⁊ ſinguli per ſe ⁊ ꝓpꝛia habebāt.
Clerici cōiter habitabant ⁊ pꝛopꝛia non habebant: ſed omnia
cōmunia. ⁊ de illis bonis cōibus iuxta diſpenſationem apoſto
loꝛum viuebant clerici. Et ſucceſſiue iuxta diſpenſationē ep̄o⸗
rum qui apoſtolis ſucceſſerunt. c. duo ſunt. ⁊. c. q2 tua. ⁊ in. c. cui
poꝛtio. xij. q. j. cū multis tex. ſimilibus illius cauſe. Et iſto tp̄e:
vt dicit. ſ. Tho. in. iiij. di. xxxviij. ar. ij. q. iij. in rñſione ad. iij. ar.
Anteꝙ̄ eſſent iſte regule q modo ſunt: erat aliqs modus viuen
di ab eccleſia appꝛobatus quo aliqui ad ea q ſunt ſupꝛa enar⸗
rata ſe obligabant. Et tunc certi tp̄is obligatio ad talē modū
viuendi. Item operabatur qđ nūc obligatio ad certā regulaꝫ.
